ANATOMIA ECCLESIÆ CATHOLICÆ ROMANÆ.

in qua

Quid Tempora per Diſceſſionem ab ea dederint: Quid Fides per Unitatem cum ea effecerit:

OMNIBUS VERITATIS AMATORIBUS EX ipſis Fidei fundamentis infallibiliter demonſtratur:

I. Per Catalogum Hæreticorum Omnium Temporum:
II. Per Enarrationem Comitiorum, Conciliorum, Colloquiorum, Pſeudo-ſynodorum, &c.
III. Per fundamenta, quibus Evangelici nominati ſuam fidem cudere contenderunt: At non tam à Catholicis, quàm adinvicem per falſas traditiones damnati ſunt.

Nunc omnia ex probatiſſimis Authoribus Orthodoxis dilucidè exhibentur.

Vænalia,
Apud Ioan, Gottfridum Schonvvetterum,
Bibliopolam Francof.
M. DC. LIII.

ANATOMIA ECCLESIÆ CATHOLICÆ ROMANÆ

in qua

Quid Tempora per Discessionem ab ea dederint: Quid Fides per Unitatem cum ea effecerit:

OMNIBUS VERITATIS AMATORIBUS EX ipsis Fidei fundamentis infallibiliter demonstratur:

I. Per Catalogum Hæreticorum Omnium Temporum:
II. Per Enarrationem Comitiorum, Conciliorum, Colloquiorum, Pseudo-synodorum, &c.
III. Per fundamenta, quibus Evangelici nominati suam fidem cudere contenderunt: At non tam à Catholicis, quàm advicem per falsas traditiones damnati sunt.

Nunc omnia ex probatissimis Authoribus Orthodoxis dilucidè exhibentur.

Gustav Melan 1693

Vænalia,
Apud Ioan, Gottfridum Schonvvetterum,
Bibliopolam Francof.
M. DC. LIII.

LECTORIBVS
CATHOLICIS,
ET
ACATHOLICIS.

ETSI Multitudo Religionum nullitas sit Religionum. Vt tamen certi designentur hostes, contra quos pugnam Catholica Religio sustinet, ne cum laruis certare videatur, qui hisce nouissimis temporibus (quæ Paulus ut periculosa præuidit.) cum illis congredi voluerit, quando vndequaquè volant scripta, agitantur quæstiones, prouocantur colloquia, acuuntur calami eò quod vnus aut alius Princeps ab vnguibus Lutheranismi aut Caluinismi, diuina gratiâ iuuante euolauerit; consultum iudicaui si multis alijs nutantibus, stimulos adderem ut cum fructu dubitare inciperent, qui opinionibus (ut ipsi dicunt) tenentur. fides enim de certis est, opinio verò de dubijs. Nullumquè fortius argumentum & ad præsens tempus aptius mihi visum fuit proponere, quam illud quod ex vnitate doctrinæ catholicæ, & verietate doctrinarum Acatholicarum desumi posset. Decreui proinde synopsim seu summam hæresum nostri temporis ex Reu.^mo ac sapientissimo Mag^stro Grauina Ordinis Prædicatorum &c. texere, ut summariè indicatis auctoribus, cum erroribus; simul, ortus & progessus eorum indicetur. Inde enim cogitare debebit qui saluti suæ prouidere optat, an in tanta hæresum, ut nos, opinionum, ut aliqui, fidei aut religionum, ut multi mentem & animum quietum, ac tranquillum reddere possit ac valeat. ex Lactant. Firmiano.

Non enim in narrationis progressu, argumentis vtar, quia ex Tertulliano. *Verbi controuersia iam diu torquet homines græculos, contentionis cupidiores, quam veritatis*, hisce enim nostris temporibus nihil non arguendum, sed cum Nazianzeno deplorandum. *Quod omnis pietatis via sublata sit atque deleta.* Hoc enim sibi proponunt *Ecclesiæ Romanæ hostes*, ut quæstiones vel nectant vel soluant, & res in tantum processit ut horum disputationibus, & forum omne circumstrepat, & conuiuia omnia huiusmodi nugarum tædio obtundantur, atque & festũ omne infestiuum sit, mœstitiaq; plenũ, & luctus omnis maiori calamitate, hoc est quęstionum argutijs mitigetur, ac deniquè Gynecæa omnia, simplicitatis alumna turbentur, & pudoris flos præcipiti hac contendendi libidine decerpatur, adeòq; huius malliuis intolerabilis redditur ut periculum sit, ne magnũ fidei nostræ mysterium in argutricem quandã artem desciscat, quod enim tunc Nazianzenus periculum deplorabat, nunc deplorandum experimur, quod ipse timebat patimur, cum nedum magnum fidei nostræ mysterium, sed omnia fidei Mysteria in argutricem quandam artem desciuerint. lib: 1. cont: Cresc: cap. 1. Orat. 1. de Theol: in initio

Quis enim disputandi finis erit, & loquendi modus, si respondendum, respondentibus semper existimemus? dicebat Augustinus. Noui quidem ex Nazianzeno *Christum Dominum suo nos instruxisse exemplo, dum quasdam quæstiones soluere ac explicare solebat, quasdam comprimere atque* lib 2. de ciu: Dei cap. 1.

obstruere, cum ex eo quærebatur, in qua potestate hæc faciu? ob interrogantium vecordiam, & ineptiam, vicissim ipse quoque interrogabat an baptismus Ioannis de cælo, esset, an ex hominibus: utrumque interrogatores suos premit, atque constringit. Vnde etiam nobis nonnunquam (*pergit ad huc* Nazianzenus) *ad Christi imitationem, eos qui curiosa disputatione nos lacescunt comprimere, quæstionumq́ absurditatem, absurdioribus interrogationibus soluere licebit. At cum quæstionem ratiocinatione indigentem videbat, eos à quibus interrogabatur, prudenti responso nequaquam indignos censebat.* Relinquo alijs, ut Christi exemplo aliquibus quæstionibus, quas infensi Ecclesiæ Romanæ hostes mouent similibus interrogationibus satisfaciant. Petant alij an confessio Augustana aut Caluiniana doctrina de cœlo sit an ex hominibus, si ex hominibus de mendacio suspectam illam reddant, si ex cœlo Deum tarditatis incusent (quod blasphemum est cogitare) quod tot sanctissimos & eruditissimos Viros, tot retro seculis, in tenebris & sine veræ suæ fidei ac religionis luce viuere & mori permiserit, quod tot synodos generales & Prouinciales, extra veritatem reliquerit, ego verò, non incendam carbones peccatorum arguens eos, audio quidem spiritum sanctum dicentem, *ne incendar flammâ ignis peccatorum illorum*: & alibi cum audaci non eas in via vela ergo argumentorum, pro nunc comprimam, alijs hanc Prouinciam relinquens, tamen veritatem professus narrationem ostendam, sed nō imprimam vulnera, ut cum Tertulliano loquar. Cum ut scite Irenæus, *aduersus erroneos maxima victoria sit sententia eorum, & ipsarum sectarum manafestatio.*

Eccl: 8.

lib. 2. cōm: Valent:

Magnum ergò argumentum proponam prurientibus horum temporum calamis, si in uno Cathalogo multiplicitatem sectarum à tempore Lutheri & Caluini, per Grauinam recensitam in medium produxero. Nam si ex unitate vera religio demonstratur ut inferiùs patebit, ex multiplicitate satis apertè superstitionem probabimus, si enim unitas religionis est firmum veritatis fundamentum, diuisio & multiplicitas erit euidens Falsitatis indicium.

CAPVT II.

Sectarum confusio, Veritatem Catholicæ religionis, confirmat.

Est enim proprium hæresis, ut egregiè scripsit Hieronymus *ut de una hæresi duæ fiant, & rursum ipsæ diuidantur in* partes. Vix Arrius tunicam Christi conscindere tentauit, cum ipsius factio in multiplicem scissuram ruit. Eodem namque tempore teste Epiphanio dogmatizarunt Aerius, Syrus, Eunomius, Macedonius, Semeriani, Pneumathomachi; Inter se quidem pugnantes, sed contra filij, & spiritus S. diuinitatem conspirantes. Donatistarum hæresis, diuisa est in Parmenistas, Rogatistas Circumcelliones, Maximinianistas. Eutychetis error plures habuit inter se diuisos Sectarios, Ægyptios, Schemmaticos Theodorianos. Monophystas, Hacephalos, Trotonianistas, Tritheitas, Theopaschitas, Borsanianos, Christolitas, Iacobitas, Iulianistas, Seueritas, Armenios, Aphtarcoditas, Contobalditas Angelitas, Tetraditas, Conenitas, Chainitas cazirarios &c: Et ne in longum inductione protrahatur oratio. Lutheri hæresis adeò diuersarum sectarum extitit fœcunda genitura, ut nunquam præteritorum temporum hæresis, ita multiplicata sit, sicut hoc tempore fructificarunt auenę Lutheranæ. Nonaginta siquidem hæreses, ab Apostolorum temporibus usque ad suam ætatem numerat Augustinus. Centum octuaginta & unam usque ad Lutherum, numerat Nicolaus sanderus.

lib: de uisib: Monarchia

A Lu-

A Lutheri verò tempore anno 1517 usque ad annum 1595 plusquam ducentas enumerant in centurijs
Stanislaus Rescius & alij. Nec mirum, sicut enim quondam ut scripsit Epiphanius in *suis* lib. 1. hæ-
scriptis monstruose Poëtæ confinxerunt centimanum Briareum, quem etiam Ageonem aut Gygem aut res: 36.
Argum illum multis oculis præditum, vocarunt; sic omnes huius temporis hæretici in corpus centum capita habens, se ipsos efformarunt; & quilibet horum cupiens sibi ipsi Principatum constituere, caput nominauit se ipsum; Aliam introducens præter præceptorum suorum vanum laborem, ac furiosam doctrinam. Hæc Epiphanius. Alij verò namque sunt Lutherani, alij Antilutherani, alij tandem Atheistæ, ita ut illos intueri nihil aliud sit, quam materiam in multam ubertatem luxuriantem, & spinarum undique counitarum densitatem, miseras hominum mentes pungentes inspicere. In unaquaque autem secta counitis, aut ab auctoribus vel à dogmatibus suas nomenclaturas, speciales sortiti sunt, tamen communi & generali quodam nomine gloriari volunt, ut Euangelicos se appellari permittant, in tantumque proruperunt audaciæ, ut suam doctrinam veritatis Euangelium titulent, ut de Gnosticis scripserat Irenæus. l. 3. contra

Adeò autem Lutherica factio inter se diuisa est, sicut & Caluiniana, ita ut meritò dici hær. cap. 11.
possit de regionibus ac nationibus quæ tales Magistros sequuntur, quod antea scriptum Ier. cap. 2.
est, *secundum numerum Ciuitatum tuarum, erant Dij tui Iuda.* Et iterum, *unaquæq; gens fabricata est* 4. Reg. c. 17
Deum suum; scilicet dogma proprium. *Posueruntq; eos in Fanis excelsis, quæ fuerant Samariæ, gens in urbibus suis* Tot namque fides sunt, quot Sectarum Principes tot confessiones, quot Prouinciæ, quot Vrbes, quot Magistratus, quot oppida; ita ut ex Lutherici seminis redundantia insolescentes, Lutherianistarum doctrinæ iam in siluas exsoluerint Atheistarum.

Quod quantum nostram religionem confirmet, & ipsorum superstitionem infirmet, res ipsa manifestè loquitur. Vna siquidem est columba & Christi perfecta sponsa, ut enim
rectè Epiphanius, *& filij ipsarum* (concubinarum scilicet) *dona acceperunt, utque nomen solum* contra hæ-
acceperint, & nomine solum Christi appellati sint, & paucos ex diuina scriptura sermones susceperint. res. lib. 3. in
Cæterum tanquam omnes pellices degeneres sint, & non in innocentia mensurentur; ne- fine.
què in castitate vel mansuetudine deprehenduntur.

Quas omnes primum eorum designato stipite alphabetico ordine ut vitandas ac confutandas, ante lectoris oculum proponemus. sed ut attentiùs lector petram scandali, unde tot turbæ excisæ sunt, diligenter consideret, rem ab origine ordiamur.

HÆRESVM MODERNARVM ORIGO.

CVM Tranquillus orbis anno Incarnationis Dominicæ 1516 in vnitate fidei & sacramentorum, sub unius Pontificis summi obedientia degeret (paucis exceptis Bohemis, qui ecclesiam inquietare ac vexare contendebant (Primus in arenam prodijt Martinus Luther anno 1517 natus Islebij anno 1483 in Comitatu Mansfeldensi, ex jurista Monachus Augustinianus anno 1504. & Theologiæ Doctor Erfordiæ creatus 1514. *Qui cum* lib. de præ-
catholicam Doctrinam primo credidisset apud ecclesiam Romanensem. ut de Valentini defectione script: cap.
scribit Tertullianus. sub Episcopatu *Leonis* X. Benedicti ob inquietam eius curiositatē quæ 30.
plures in præcipitium dedit, & gloriolæ captandę appetitum, quæ non paucos in fide corrupit, eandem oppugnare cœpit in Saxonia, Turbas excitans & factiones inducens. ut nedum imperij partem euerterit, sed etiam in alijs regnis ac prouincijs acatholicis & Romanæ ecclesiæ hostibus, lata patens via constrata fuerit. Siquidem non minus curiositate quam vanitate captus, non solum Wirtembergæ sed Heidelbergæ multa themata de-

libero arbitrio, operum meritis, indulgentijs, peccatorum remissione, eoque articuli symbolo, Credo remissionem peccatorum, nouo sensu quem hauserat à quodam deliro sene sui instituti, valuis affixa, magna sui ingenij ostentatione disputasset, capta occasione, ex indulgentiarum prædicatione, per id tempus pro subsidio fabricæ sancti Petri à Iulio secundo inchoatæ, per commissarios, & prædicatores Apostolicos habita; in abusus indulgentiarum prætensos, & simoniæ prætensum authorem Fr. Ioannem Tezelium ordinis Prædicatorum, quod nummorum prætio illas vendidisset primo scribere cæpit, mox contra earundem valorem, contra omnes catholicos, & vniuersam ecclesiam calamum strinxit, cum non indulgentiarum abusus aut ab ipso confictum prætium, sed auaritia vanæ gloriæ adiuncta (quod Archiepiscopus Moguntinus Augustinianis præteritis per Patres Dominicanos indulgentias publicari mandauerit,) causa extiterit, ut De area Dominici gregis tanquam leuis palea auolarit. Non enim tam leuis occasio tanti dissidij caussa esse potuisset, nisi præconcepta Iniquitias, ex virulento pectore impiarum doctrinarum in editum schisma venena diffunderet. Quam enim prius ante omnem exortam tragædiam, de peccatorũ remissione Witembergæ & Heidelbergæ innexerat, doctrinam postea propagauit, Paradoxa valuis templi in aula Witembergensi affixit, quibus indulgẽtias, & peccatorum remissiones penitus abrogabat, iustam vindictam existimans homo ex natura superbus ecclesiam Christi, & Sanctorum meritis, thesauro infinito priuare, eo quod se & suos ab indulgentiarum prædicatione amotos aduerteret. Cumque natura turbulentus esset, cerneret catholicos ex aduerso antiquã fidem viriliter propugnare, & irritos suos conatus reddere; loquacitatem facundiam existimans, impudentiam constantiam deputans, maledicere singulis, officium bonæ conscientię iudicans, quasi omnibus dogmatibus bellum indixit, iniurius Doctoribus, sanctis Pontificibus, ecclesię & Christo, Deo, ipsius legẽ extorquens, in libidinem commutans, bis falsarius & prædicatione, qua euangelium corrupit, & carne ob interdictum sibi coniugium quo Catherinam copulauit. Proinde nullo modo Apostolicus, aut euangelicus, sed apostaticus nuncupandus, qui in Apostolorũ regula nullo modo perseuerare decreuit.

Ad Lutheranismi corpus compaginandum, & Dogma Luthericũ absoluendum Philippus Melanchthon Bretta palatinus artium Magister Luthero comes adiungitur, & sua noua versione Erasmus Roterodamus eidem viam nouam sternit, omnium ferme suarum hæresum semina iaciens. Eodem Tempore Luthero, Andreas Carolstadius manipularia subsidia administrat. Non multo post in Heluetia Vlricus Zwinglius cum Luthero serram reciprocat. Accurrit eodem anno phanaticus homo ille, Thomas Muntzerus, ex cuius eiecto stercore aliud hæreticorum examen exortum est; secta scilicet Anabaptistica. & hi omnes qui antiquitati inhærere tenebantur, nouæ fabricationi Lutheri adeò ardenter insistunt, ut cum de non admittendis nouis superstitionibus consulere debuissent, vires & animũ collegere, ut veri Dei cultum (ad hoc mutuo se adhortantes) de terra eliminarent.

Circa annum Domini 1536 Ioannes Caluinus exoritur, qui impuriorem Doctrinam prę cæteris pro pura venditans, sub prætextu reformationis ecclesiæ ministerium in Lutheri fabricatione restaurat. Post illum Memno, dissipatæ propemodum Anabaptisticæ sectæ recollector, & ordinator, incepto operi adiutrices porrexit manus, & quotquot tandẽ surrexere præcipuorum articulorum fidei subuersores & Athei, incohationem elaborati operis ad finem perducere cupiebant. Quamuis illud Deo mirabiliter dispomen-

nente memorandum accideriт, quod currente rota in constantiæ & volubilitatis ipsorum nec Lutheri idolum, hi omnes perfecerint ab illo deficientes , & noua sibi idola iuxta ciuitatum suarum numerum erigenda curarint , quæ imperfecta reliquerunt.

Quin ut circumferebantur omni vento Doctrinæ, ipsum Lutheri idolum toties immutatum & decurtatum est abjisdem in confessione Augustana, ut abortiente toties matre, ferre non potuerit Smidelinus, quin Vulcania sua bipenni, discordiarum & dissensionum nodos conaretur præscindere; & fucata concordia, nouum illud Doctrinæ Luthericæ idolum incrustaret, nitidum & spectabile intuentibus exhiberet. Philippus vero, varijs coloribus temperaturam molitus est, ut varias formas ac species una, & eadem idoli imago spectantium oculis obijceret variosque cothurnos Augustanæ confessionis, ad illius formam fabricator inducens Tandem suam à Luthero diuersam esse sententiam orbi declarauit. Martinus Kemnitius, etsi sui Magistri idolum expolire visus sit, multis tamen incisionibus extortis defædauit, à prima Augustana confessione deficiens, ut contra illam ac suos syneuangelicos multa sui animi ac priuati spiritus simulacra fabricaret: Witembergenses vero dum Caluinianum catechismũ suo adiunxerunt, id effecerunt, ut idolum Witembergense in Geneuese mutatũ sit, & nouum chimericum corpus mundo apparuerit ex Lutherana & Caluiniana Doctrina fabrefactum.

Idolo ergo Lutheri in multis à suis confosso noui Plastæ Tigurini, pro eo stabiliendo & reparando occurrunt, syneuangelicis dexteras miscent, concordiæ osculum offerunt, solis Brentianis & Vbiquetarijs securi & ascia idoli incisionem prosequentibus; quæ non alio modo sanata est nisi quod post funestam istorum ministromachiam, vox euulgata sit, tandem, inter euangelicos fratres initam esse concordiam, quasi rupta maceries sola hac linitione, & incrustatione potuerit reparari. Sed non potuit talis crusta cicatrices obducere, quin etiam & vulnera apparerẽt. Nec idolum Dagon in altari prophano erectum diu subsistere potuit, quin ante verum altare capite & manibus confracto prostratum iaceret. Vix enim erectum fuerat Lutheri idolum, quod in comitijs Augustanæ confessionis, decimus articulus eiusdem confessionis prioris (vbi de præsentia corporis domini in Eucharistia tractabatur) cum appendice sua truncatus fuerit, & aliorum syneuangelicorum, Argentinensium, Constanciensium èdiametro oppositæ confessiones admistæ fuerunt. Manus præcisæ sunt. Idoli eiusdem cum Augustanæ confessionis Antagonistæ deprehensi sunt. Brentius, & Osiander, ille cum in schola Tubingensi, iste cum in Magdeburgensi in articulis iustificationis Lutherum oppugnare cæperunt, eosdem præsciderunt Lipsienses & Ienenses cum Mansfeldensibus, Bremensibus, & Heidelbergensibus.

Caluiniano verò erecto idolo, multò minus à suis restaurari potuit Luthericum, nec in ara rursùs collocari , passim Lutheranismo ab Heidelbergensibus damnato , eodemq; indies decrescente, vel in æmulas alias damnatas Factiones degenerante; & quasi truncus Dagon hodie, in azoticis paludibus in suismet Prouincijs iacere cernitur Luthericum dogma, inane idoli nomẽ retinẽs, sine re subsistenti, & si multi illud ut recẽtem Deum colant, quem Patres eorum nescierunt, Eius deformationem incrustare & picturis cælare non desistentes: Sed tam hi, quam omnes nouorum dogmatum Fabeculi, sicut ad inuicem in eorum opere , in suis dogmatibus sibimet aduersantur & displicent, sic Principibus placere cupiunt; ut si dogmata , quæ expoliunt illis inuisa persentiant, versipelliorem , uel. peritiorem plastem reperiant, eaque venustioribus pingant,

aut

aut stibio exornent, aut crustâ restaurent, vel si id præstare nequeant, unum pro alio supponant; hoc est si magis Caluinismus, quam Lutheranismus, aut magis Atheismus quam Caluinismus illis arrideat, uni alijs relictis subscribant.

Hic ergò est idoli Lutherici ortus, progressus & declinationis descriptio, quod Lutherus æmulum Deo, per proprium ac versutum spiritum commentus erexit; Ad quod poliendum & incrustandum, non impigram nauarunt operam seditiosi Ministri, & ad eius exemplar ijdem & alij ad æmulationem prouocati sua pariter idola fabricarunt, ut iure nouus Thare huius sæculi idololatriæ inuentor, ac Parens æstimetur, quo omnes & singuli gaudent & gloriantur, vel patre, ut Lutherani, aut auo ut Caluinistæ, vel abauo ut omnes Anabaptistæ, & Memnonistæ, & cæteræ similium hominum colluuies, ex ouis, quæ posuit & fouit Lutherus exortæ. Quorum omnium enumeratio alphabetico prius ordine disposita; in tabulas analiticas redigitur. & compendij gratia arbor efformatur cum trunco, & collateralibus ramis, ut sub uno aspectu lector, hac Lutherographia, Genealogiam
Sap: 4. hanc, accatholicam agnoscat illam esse, de qua scriptum est, ***adulterinæ plantationes non dabunt radices altas.*** in eamque promissionis diuinæ spem firmam assurgat pius orthodoxus, breui defecturæ, tam impiæ propaginis, dicente Domino, ***omnis plantatio, quam non plan-***
Matth: 15. ***tauit Pater meus cælestis, eradicabitur.*** Curatum est deniquè possibili diligentia annos recensere, in quibus vel sectæ istæ ortæ sunt, vel incrementa acceperunt, vel eorum Parentes scribere cœperunt. Nec miretur lector si interdum aliquam, eamq; modicam annorum varietatem, inter historicos reperiat, in eorundem annorum supputatione, cum alij initium, alij incrementa attendant. Sat enim fuerit, omnes nuperas esse demonstrare, & nostro sæculo natas. Nam ex hoc ordine, ut scripsit Tertullianus, cognoscitur
de præscrip: cap. 31. ***id esse dominicum & verum, quod sit priùs traditum, id autem extraneum & falsum quod posteriùs immissum:***

Evan-

ECCLESIÆ CATHOLICÆ

CURRUS TRIUMPHALIS:

in quo

Quid Tempora per Discessionem ab ea dederint: Quid Fides per Unitatem cum ea effecerit:

OMNIBVS VERITATIS AMATORIBVS EX ipsis Fidei fundamentis infallibiliter demonstratur:

I. PER CATALOGUM HÆRETICORUM OMNIUM TEMporum: II. per Enarrationem Comitiorum, Conciliorum, Colloquiorum, Pseudo-synodorum, &c. III. Per fundamenta, quibus Evangelici nominati suam fidem cudere contenderunt: At non tam à Catholicis, quàm adinvicem per falsas traditiones damnati sunt.

Nunc omnia ex C. Gravina, Ord. Prædicat. dilucidè exhibentur.

Vænalis,

Apud Ioan. Gottfridum Schonvvetterum,

Bibliopolam Francof.

M. DC. LII.

E*Vangelicorum*, quidam ſunt *Lutherani*, quidam *Semi-Lutherani*, quidam *Anti-Lutherani* & denique quidam *AntiChriſtiani.*

Lutherani dividuntur in *Molles, Rigidos, Miſtos.*

SemiLutheranorum quidam ſua placita Lutheri dictis *attexunt*: alij aliorum placita Lutheri dictis *concordant.*

AntiLutheranorum quidam in multis articulis à Luthero *diſſentiunt*, & in multiplices ſectas dividuntur, ut *Anabaptiſtæ*, &c. quidam in Cœnæ articulis diſcrepant, & dicuntur *Sacramentarii*, vel antiqui, vel novi.

AntiChriſtianorum quidam ſunt præcipuorum Myſteriorum fidei, vel penè totius fidei *everſores*: ut 1. *Trinitarij*, 2. *veterum hæreſum ſuſcitatores contra Ieſum Chriſtum, &c.* 3. *Iudaizantes.* 4. *Politici*, 5. *Liberæ fidei*, 6. *Semiathei*: quidam totius fidei *Subverſores*: ut *Atheiſtæ.*

Lutheranorum quidam sunt

- Molles: Et hi sunt
  - Adiaphoristæ.
  - Amnestitæ.
  - Biblistæ.
  - Eberiani.
  - Majoristæ.
  - Pœnitentiarij.
  - Quadrisacramentales.
  - Trisacramentales.
  - Adessenarij.
- Rigidi: Et sunt
  - Anticalviniani.
  - Amsdorphiani.
  - Antidiaphoristæ.
  - Antinomi.
  - AntiSwencfeldiani.
  - Antiosiandrini.
  - Belliani.
  - Confessionistæ Augustani.
  - Antipapi furiosi.
  - Bisacramentales.
  - Æriani.
  - Invisibiles.
  - Manus-impositorij.
  - Heshusiani.
  - Ienenses.
  - Iustificatorij: & hi dividuntur in multos difformiter conformes ministros in articulo justificationis.
  - Spangebergici.
  - Mansfeldenses.
  - Musculani.
  - Waldenses.
- Misti, id est, quod nec cum Rigidis, nec cum Mollibus sentiant, sed ab utrisque suffurantes, suam Pandoram efficiant: Et sunt
  - Semitranssubstantiatores ex Staphyli partitione ----
    - Osiandrini.
    - Stancariani.
    - Antistancariani.
    - Swencfeldiani.
      - Uratislavienses.
      - Swidnicẽses.
      - Glogoviẽses.
  - Extravagantes.
  - Confessionistæ Recalcitrantes.

Semi-

- Semi-Lutheranorum quidam
  - Sua placitā dictis Lutheri attexunt: Et hi sunt
    - Accidentarij.
    - Antidæmoniani.
    - Antipapi.
    - Brentiani.
    - Calixtini.
    - Colludentes.
    - Concordistæ.
    - Centuriatores.
    - Consubstantiatores.
    - Iscariotistæ.
    - Interimistæ Cæsarei.
    - Interimistæ Lipsienses.
    - Interimistæ Francici.
    - Melanchthonici.
    - Majestatici.
    - Postillarij.
    - Substantiarij.
    - Ubiquitistæ.
  - Aliorum placita Lutheri dictis concordant: Et sunt
    - Confessionis Augustanæ Æmuli.
    - Luthero-Calvinistæ.
    - Luthero papistæ.

AntiLutheranorum quidam

- in multis à Luthero discordant: & horum quidam
  - communissimo vocabulo attitulantur, & in alias Sectas dividuntur, ut Anabaptistæ
    - Adamitæ.
    - Angelici.
    - Apostolici.
    - Augustino bohemici.
    - Ægidiani.
    - Antimariani.
    - Battembergici.
    - Binderiani.
    - Cathari.
    - Christifamilia, domus Charitatis.
    - Clancularij.
    - Communia-habentes.
    - Condormientes.
    - Coelestes prophetæ.
    - Dæmoniaci.
    - Euchitæ.
    - Eleutherobaptistæ.
    - Ecstatici.
    - Enthusiastæ.
    - Ejulantes.
    - Fratricelli.
    - Fratres amoris.
    - Hamstadei.
    - Impeccabiles.
    - Linguatarij.
    - Libertini.
    - Munzeriani.
    - Nudipedes.
    - Pauliniani.
    - Pastoricidæ.
    - Polygamistæ.
    - Pacifici.
    - Pædobaptistæ.
    - Melchioritæ.
    - Mennonistæ.
    - Monasterienses.
    - Sanguinarij.
    - Stebleri.
    - Tacentes.
    - Manifestarij.
    - Separati.
    - Spirituales.
  - ut suâ sectâ, ita & propriâ nomēclaturâ gaudent, ut
    - Ant sturmiani.
    - Confessionistæ novi.
    - Confessionistæ quatuor Civitat.
    - Huthitæ.
    - Lascani.
    - Piccardi.
    - Protestantes Spirenses.
- à Luthero in materia Eucharistiæ discrepant: & dividuntur in
  - Sacramētarios antiquos: & sunt
    - Apologetici.
    - Arrhabonarij.
    - Boquiniani.
    - Buceriani.
    - Carlstadiani.
    - Farelistæ.
    - LutheroZwingliani.
    - Mannarij.
    - Metonymici.
    - Metaphoristæ.
    - Martyriani.
    - Oecolampadiani.
    - Swencfeldiani Spirituales.
    - Transconditionatores.
    - Tigurini.
    - Tropistæ.
    - Zwingliani.
    - Zwingliocalvinistæ.
  - Sacramētarios novos: Et sunt
    - Calvinistæ.
    - Calvinistæ pacifici.
    - Calvinistę cōsistoriales.
    - Calvinistæ liberi.
    - Calvinopapistæ.
    - Calvinomastigæ.
    - Bezitæ. Energici.
    - Richteriani.
    - Memorialistæ.
    - Piscatoriani.
    - Arminiani.
    - Gomariani.
    - Puritani.

- Antichristianorum quidam
  - præcipuorū mysteriorū fidei eversores, quorum quidam
    - Trinitatem oppugnant: Et hi sunt Trinitarij: ut
      - Ariani novi. Duitæ.
      - Blandaristæ. Essentiatores.
      - Deistæ. Campanistæ.
      - Gribaldi. Gentilistæ.
      - Macedoniani novi. Stancariani.
      - Sternbergenses. Quadri Deitæ.
      - Trideitæ. Frontones.
    - Christi Domini Oeconomiam & præcipua mysteria gratiæ: Et sunt
      - Antistancariani. Gnostici novi.
      - Christodini. Ebionitæ novi.
      - Eutychiani novi. Infernales.
      - Manichæi novi. Massiliani novi.
      - Pelagiani novi. Præmonst. apostat.
      - Nestoriani novi. Sepulchrales.
      - Uncti. Vorstiani.
  - Fidei penè totius eversores, quorū quidam
    - Iudaizantes: ut
      - Circumcisi.
      - Iudæo Christiani.
      - Iudæo trinitarii.
      - Sabbatharij.
    - Politici: ut
      - Confœderati. Conniventes.
      - Laicocephali. Machiavellistæ.
      - Mediatores. Molinæi.
      - Erasmiani.
    - Liberæ fidei: ut
      - Bifidi. Censores.
      - Colloquistæ. Confessionistæ provinciales, in multas sectas divisi.
      - Deiterreni. Examinatores.
      - Geusij. Postellani.
      - Neutrales. Nicodemici.
      - Reformatores. Synodici.
      - Suistæ.
    - Semiathei: ut
      - Ambrosiani. Christini.
      - Davidici. Desertores.
      - Dæmoniaci. Turco christiani.
  - Totius fidei subversores: Et sunt Athei
    - Diabolistæ.
    - Hugonistæ.
    - Loistæ.
    - Curtus stercorum.
    - Ochiniani.
    - Opinatores.

Quidam totius fidei everſores: Et ſunt Athei. Quidam præcipuorum fidei articulorum, ſubverſores: Et horum quidam Chriſti Domini Oeconomiam, alij Trinitatem oppugnant.	Antichriſtiani: quorum	Quidam penè totius fidei everſores; Et ſunt Iudaizantes, Politici, Liberæ fidei, Semiathej.
Quidam in multis articulis à Luthero diſcordant; Inter quos eſt ſecta Anabaptiſtarum, in multas factiones diviſa.	Antilutherani: quorum	Quidam diſcordant ſolum in materia Sanctiſſimæ Euchariſtiæ: & ſunt Sacramentarij antiqui, ac novi, qui & Calviniani.
Quidam ſua placita Lutheri dictis concordant.	Semilutherani: quorum	Quidam Lutheri dictis aliorum placita attexunt.
Molles, Rigidi,	Lutherani:	Miſti.
	quo	
	MARTINUS LUTHERUS.	

APPENDIX

COMIT. DISPVTATIONVM COLLOQVIORVM ET SPIRITVS PRIVATI IMPIETAS.

NONNE ſupereminens malitia priuatorum ſpirituum in Cathalogo annotatorum omnibus manifeſtam ſe facit? & nullo cogente ſe prodit? Tot portenta, tot monſtra, tot ſphynges non ab alio, quam à falſo & deceptope ſpiritu prodire potuiſſe, quis non percipiet? Homines talia cudentes quis pro phanaticis non agnoſcet: ſi parum reflectere voluerit? *Quis non* (lib. 6. de Trinit:) *deprahendet illos ſimulantes fidem, non ſubditos fidei, ſibique fides potiùs conſtituentes, quam accipientes,* (ut *de Arrianis Hilarius quondam ſcripſit*) *ſeipſos conſtituentes regulam veritatis, Apoſtolica Doctrina ciurata, ac repulſa.* Suos lubricos ac priuatos ſpiritus credendorum regulam conſtituerunt, ut enim proſequitur Hilarius. Per *impietatis ſtudium ijs qua deſiderabant, coacervarunt Magiſtros, apta ſcilicet cupiditatibus, ſuis inſtituta cumulantes, nec doceri cupientes, ad id quod optabant congregarunt ut cumulus ipſe conquiſitorum, & coacervatorum Magiſtrorum, aeſtuantium deſideriorum doctrinis* ſatisfaceret; *dumque aures* prurigine *incitata, vetera faſtidientes, noua exoptantes, nouella deſiderij* ſui *pradicatione ſcalperentur, totos ſe fabulis deſtinarunt, & non tam aures ex refricata prurigine oblectata, ſed miſerè exulcerata, dum ſecundum deſideria ſtudiorum potiùs quam ſecundum Evangelicam fidem coacervata doctrina eſt, quam & incentiuam ſeducentium ſpirituum ſuppeditarunt, & ſimulata religionis falſiloquia confirmarunt.* Hæc Hilarius de Arianorum ſpiritibus ſuo tempore deploranda ſeripſerat, idemquè noſtris miſeris temporibus prôh dolor, de Acatholicorum ſpiritibus, in Cathalogo noſtro expreſſis lacerata Eccleſia experitur.

Hi enim ſunt qui ad mortuam ſcripturam ſe adſtringentes, non quæ ſcriptura continet, ſed quæ placita ipſorum inuenerunt ſub ſpecie pietatis, tanquam à Deo pronunciata, populo perſuadere non renuunt; Verè fidem ſimulantes, ac pro ſuo placitu fides varias conſtituentes. *eſtque Hypocriſis mendax, ut ſit vel in verbis pietas, quam amiſerat conſcientia,* quod de Arianis protulit ſuo tempore Hilarius, hoc enim ab Acatholicis noſtro tẽpore experimur.

Vnde illa falſa ſpecies pietatis in Luthero, ut regulam Fidei, ſe velle cælare falsò ſimulans, nefario auſu Catholicos Doctores ſicophantas & dementatos appellare non erubuerit? eo quod ſummum Eccleſiæ caput & concilia Generalia res fidei poſſit diffinire defendant & tueantur. Addens inſigne commentum, quod vetera fidei dogmata à ſummo Pontifice & conſilijs mutari poſſe defendant Doctores Catholici, Cum noua fides, nec à ſummo Eccleſiæ capite, nec à conſilijs cudi, aut antiqua mutari poſſit, ſed quæ in antiquis implicita & occulta detinebãtur, explicant, & ſpiritu ſancto illuminante ac ſuggerente, quæ ut

ob/.ura latebant declarant; Vnde ergo hæc Lutheri audacia, nisi à priuato illo spiritu quo in sua ducebatur portenta? Vnde fictus hic Zelus pro regula veritatis, nisi ab illa mendaci hypocrysi, quæ pietatem, quam aliquando conscientia amiserat, in verbis seruare contendebat? Vnde illa eiusdem plus quam luciferina arrogantia, acsi author fidei & religionis esset, potestasque excellentiæ soli filio DEI propria, sibi concessa fuerit, in tantam proruperit insaniam ut dicere ausus fuerit *permitto quod Papa condat nouos articulos fidei suis fidelibus, ut panem & vinum transsubstantiarit.* Vnde hoc nisi à suo priuato ac phanatico spiritu sibi arrogare potuit, illam supremam authoritatem, ut articulos fidei condi aut mutari permittat. Quis nisi spiritus sanctus in articulis fidei declarandis manum apponere potest?

Vnde illa quærela quasi Zelo religionis & veritatis obtecta, quæ mera calumnia est in Catholicam Ecclesiam, à Kemnitio Lutheri corculo illata dum ait, *Pontificios nec scripturam nec graditiones curare, quãdo volunt nouos articulos cudere.* Vnde conuenticulus Smalcaldicus virus illud nociuum effutiuerit dicens, *Papa sibi arrogat authoritatem condendi leges, de cultibus, de mutatione Sacramentorum, de doctrina, & vult suos articulos, sua decreta, suas leges, existimari pares legibus diuinis.* Vnde inquam iste nouus & priuatus Zulus, nisi à nouo & priuato spiritu, calumnijs nutrito, maleuolentia excitato? Vnde nisi ex mendaci hypocrisi, quæ pietatem quam conscientia amisit, in verbis ostendit, dum mendacia specie pietatis & Zeli simplicibus audacter proponit? ut enim suo loco patebit, Pontifex summus, Sacramenta mutare, augere aut diminuere non potest, nam septem quæ vsque in hodiernum diem Catholica Ecclesia veneratur, à Christo Domino accepit, qui potestati excellentiæ, qua solus præditus erat illa instituit, idque nulli alteri competere posse, Catholici omnes fatentur, & pro uiribus defendere profitentur.

lib. 5. de peccat: orit

cap: de prim: Pagæ.

Vnde Caluinus contra summum Pontificem & Catholicam Ecclesiam verba impietate plena resonare ausus fuit, dum dixit, *Fidem nostram suo arbitrio stare volunt & cadere ut quicquid ipsi utramq; in partem constituerint firmum animis nostris, statumq; sit, ut siquid probauerint, nobis nulla dubitatione probari; si quid damnauerint, id quoque pro damnato esse oporteat. Interim sua libidine, contemptoque Dei verbo, cudunt dogmata, quibus postea fidem, hac ratione sibi postulant, nec enim Christianum esse, nisi qui in omnia sua dogmata tam affirmatiua, quam negatiua certò consentiat si non explicita Fide, tamen implicita, quia penes Ecclesiam sit condere nouos articulos.* Nonne hæc ex priuato suo ac superbo spiritu, quo sub pietatis specie, simulata hypocrisi de religione ludit Caluinus? ut falsa & iniqua contra Pontifices nostros, & Ecclesiam Catholicam declamando simpliciores decipiat, sapientiores excæcet? Sacrificare videtur & insultat & sub Dei Zelo Deum extra orbem exulare facit. Doctrina vero & fides nostra, non ex humana inuentione, aut priuato hominis Spiritu, sed ab ipsomet Deo descendit; *Omnia quæ audiui à Patre meo nota feci vobis,* illis quidem quos elegerat, destinatos Nationibus Magistros, inde Paulus ad Timotheum, *quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus.* Quę audisti ait, non quæ inuenisti, quia nec Paulus illa inuenerat, sed ab ipsomet Deo acceperat, & audiuerat, fides enim ex auditu, auditus autem per Verbum Christi.

Ioann: 15.

2. Timoth. 2.

Aliter tamen Spiritus priuati cultores in suis opinionibus processerunt, visiones enim videntes, & somnia somniantes occultam sapientiam fingentes, Enthusiasmos introducentes, spiritu suo priuato plura se assecutos gloriantur, quàm spatio sexdecim seculorum, Spiritus Sanctus suæ Ecclesiæ reuelauerit. *Sed bonum depositum custodi,* inquit Paulus *per spiritum sanctum qui habitat in nobis.* Ergo bonum depositum à spiritu sancto acceptum, per spiritum sanctum in nobis habitantem custodiendum est, secundum doctrinam Pauli, non verò per priuatum spiritum nouum depositum quærendum; Quid enim bonum depo-

2. Timot. 1.

posi-

positum nisi Euangelica & Apostolica doctrina, ut Patres interpretantur. Quare illud custodiendum Timoth: commendauit? nisi quia ut docuit Chrysostomus, *Feruebant cuncta latronibus, densissimae imminebant tenebrae, insidiator Diabolus*, nescimus qua *hora aut quo immineat tempore*. Si tamen tot fures, tot hostes, tot maligni ac tenebrosi spiritus, depositum veritatis semper furari laborarunt, quot in Cathalogo deprehendimus, quomodo illud custodire sufficiemus! nisi per spiritum sanctum, hoc est si spiritum habemus apud nos manentem, illum scilicet per quem legem & fidem didicimus, ut enim recte Tertullianus, *Spiritus sanctus non aliter intelligere aliter credere permittit, quam ipse per Apostolos praedicauit*. Videant modo Acatholici, an spiritus illi priuati qui in Cathalogo annotantur, aliter credant, quam Apostoli praedicarunt, Rectè perpendant, an sphynges, quas in Cathalogo inuenient, tam enormia, tam contraria tam obscaena à spiritu sancto dictata esse potuerint? de. praescript: cap. 28.

RELIGIONI NEC ADDENDVM NEC MVTANDVM.

AN Noui ac priuati spiritus fidem ac religionem mutauerint, reformauerint, an deformauerint, facilè percipiet, qui Cathalogum nostrum inspexerit, Mirandum certe quod sapientes alias viri deformationem hanc, & Religionis delacerationem non aduertant, & post integrum elapsum saeculum, tot errorum naeuos in religione non percipiant. Constat enim, Religionis dogmata caelestia esse, non terrena, à Deo, non ab hominibus instituta, in quae homines potestatem non habent, cum res omnis, per easdem caussas quibus incepit subsistat. Si Deus religionis est author, leges ac Dogmata sacra instituit, quo titulo homines, eorum mutationes & deformationes sibi arrogare intendunt? Quis Principibus saecularibus, senatibus Ciuitatum, Iudicibus pagorum, ad dogmata fidei corrigenda & immutanda potestatem fecit? si suam Doctrinam de coelo lapsam affirmant, ut Gnostici apud Tertullianum dicebant, *aut Paulus secreti proditi reus erit, aut alius in Paradisum raptus ostendatur, cui permissum sit eloqui, quae Paulo mutire non licuit*. Si talia Principibus ac Magistratibus reuelata sunt, ut Fidei institutores, mutatores, & correctores se profiteantur, nobis illa denuntient, si vero illa è coelo non habuerunt, vnde illam sibi potestatem assumere praesumunt; Ex qua lege, ex qua Doctrina, ex quo Euangelio hanc suam Authoritatem ac potestatem de rebus Religionis discernendis fundant? de praescript: cap. 24.

Certè nos Paulum Apostolum reueremur, qui Timotheum instanter monet, ut fidei Depositum absque innouatione custodiat, coram Deo ipsi denuntiat, ut praeceptum custodiat. Quale autem praeceptum hoc fuerit, Tertullianus satis luculenter exposuit, non de remotiori doctrina intelligendum, sed potiùs inculcari de non admittenda alia, praeter eam quam ab ipso audierat; & quidem coram multis testibus; Noui verò priuati spiritus, nunquam ad hanc Pauli doctrinam attendentes, ut Vincentius Lirinensis ostendit, *semper aliquid aliud gestiunt Religioni addere, mutare, detrahere, quasi non coeleste dogma sit, quod semel reuelatum esse sufficiat; Sed terrena institutio, quae aliter perfici, nisi assidua emendatione, imo potiùs reprahensione non possit*. de praescript: c. 25. Contra prophanas vocum nouitates.

Quantum deformatores illi, qui Deum emendare, corrigere, ac reprehendere gestiunt decipiantur, & ex uno errore in alios praecipites eant; aduertent qui Pauli sententiam perpenderint. *O Timothee depositum custodi deuitans prophanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiae, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt*. Oppositiones inquit falsi nominis

minis scientiæ, non doctrinas, sed oppositiones, ut demutent antiqua, diuina deforment, & dogmata à Deo diuinitus Ecclesiæ suæ concessa deturpent. Proinde alta exclamatione Paulus Timotheum monuit, quam rectè Lirinensis perpendit, omniumq; nouorum spirituum corda percutiens.

O exclamatio ista præscientia, etiā pariter & Charitatis, (inquit ipse) prauidebat enim futuros, quos etiā prædolebat errores, quid est Depositum custodi? Custodi inquit propter fures, propter inimicos, ne dormientibus hominibus superseminentur Zizania, super illud Tritici bonū semen, quod seminauerat filius hominis in agro suo. Depositum, inquit, custodi, Quid est depositum? id est quid tibi creditum est, non quod à te inuentum, quod accepisti non quod excogitasti, rem non ingenij sed doctrinæ, Non Usurpationis priuatæ sed publicæ Traditionis. *Rem ad te perductam, non à te prolatam, in quo non Author debes esse sed Custos, non institutor sed sectator, non ducens, sed sequens.* Videant modo noui illi ac priuati spiritus in Cathalogo notati, omnesque illorum sequaces, an monstra atro calculo in Cathalogo assignata sint ipsis à Deo, seu Apostolis credita, an ab ipsis inuenta, accepta à Christo, vel ab ipsis excogitata? An sint phantasiæ ingenij an doctrinæ? An vsurpationis priuatæ, vel publicæ traditionis? Inde colligent, vnde illa habeant à quibus descendant, quid priuatus spiritus doceat, quæ monstra & Sphynges producat;

Audiant ulteriùs Lirinensem, ad verba *depositum custodi, id est Catholicæ fidei talentum, inuiolatum illibatumquè conserua; Quod tibi creditum est, hoc penes te maneat, hoc à te reddatur, aurum accepisti, aurum redde, Nolo mihi pro alijs alia subijcias, nolo pro auro impudenter plumbum, aut fraudulenter æramenta supponas.* An plumbum an æramenta pro auro supponantur, & à quibus plumbum pro auro reddatur, inueniet, qui sectas in Cathalogo notatas, perpenderit. Longum enim esset, omnes indiuidualiter examinare ac disquirere.

Sed quis est Timotheus ille ad quem Paulus exclamauit? fortassis sæcularis Princeps, Magistratus, aut pagelli prætor, Neutiquam. Sed vniuersa ecclesia (inquit Lirinensis) *vel specialiter totum corpus præpositorum, qui integram diuini cultus scientiam, vel habere ipsi debent, vel alijs infundere.* Non quilibet, vel quælibet, iuuenis vel senex, iuuencula vel anus, talibus enim Diuini depositi custodiam fidere non licebat; sed toti præpositorum corpori, non uni soli, non priuato, sed communi spiritui, qui datur ad vtilitatem: Vt enim Lirinensis pergit. *Ecclesiæ creditum est & traditum, Doctrinam Apostolicam continens publica consignatione & traditione firmatum, ad ecclesiæ proceres perductum. per successiones, cuius sunt non auctores, vel institutores sed fidelissimi custodes.* Vnde sanctus Numâs de Summis Pontificibus loquens apertè idem testatur. Romani (inquit) *Pontifices Petri successores, sunt Vicarij Dei quantum ad Regimen Ecclesiæ constitutæ per fidem, & Fidei Sacramenta: Vnde sicut non licet eis constituere nouam ecclesiam,*
3.P.q.64. ar.2. ad 3. *ita non licet eis tradere aliam fidem, neque instituere alia Sacramenta.* Sed illa firma & sine dubio tenere, quæ Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo suscepit. Reliquam Vero Doctrinam de mendacio præiudicandam, quæ sapiat contra Veritatem ecclesiarum, & Apostolorum & Christi & Dei, cuius est ecclesia & religio. *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & alibi. Pasce oues meas*; ecclesiam meam inquit nō tuam, pasce oues meas, non tuas. Ecclesiam, quæ mea fide & Sacramentis constat, oues quæ meo
cap.32. pabulo sunt pascendæ non tuo, à me tibi consignato, non à te inuento. Concludit, denique Lirinensis, & nos simul concludamus cum ipso dicentes. Quod *Christi ecclesia, sedula & cauta depositorum Dogmatum custos, nihil in his unquam permutat, nihil minuit nihil addit, non apponit superflua, non amittit sua, non vsurpat aliena, sed omni industria hoc vnum studet, ut vetera fideliter sapienterquè tractando si qua sunt illa antiquitus informata & inchoata accuret, & poliat si qua iam expressa & enucleata consolidat, & firmet, si qua iam confirmata, & definita custodiat. Denique*

quid

quid vnquam aliud consiliorum decretis (Vel Apostolicæ Sedis definitionibus) enisa est nisi quod antea simpliciter credebatur, hoc postea diligentius crederetur, quod antea lentius prædicabatur, hoc idem instantius prædicaretur, Quod ante securius colebatur, hoc idem postea solicitius excoleretur? Hoc inquam semperneque quidquam præterea, hæreticorum nouitatibus excitata, consiliorum suorum Decretis Catholica perfecit ecclesia, nisi quod prius à Maioribus sola traditione susceperat, hoc deinde posteris etiam per scriptura chirographum consignaret: Magnam rerum summam paucis literis comprehendendo, & plerunque propter intelligentiæ lucem non nouum fidei sensum, noua appellationis proprietate signando. Hæc legant priuati Spiritus ut non solum vnitatem sed etiam antiquitatem fidei ac Sacramentorum, non innouatam sed fideliter custoditam fateantur. In ijs vero quæ mores & disciplinam ecclesiasticam concernunt, multa pro tempore aucta videmus, quia ut notauit Epiphanius Non potuerunt *Apostoli statim omnia constituere, sed Ecclesia accepit. Complementum dispensationis, pro locorum & temporum opportunitate. Nam singula res non ab initio omnia habuerunt, sed progressu temporis, ea quæ ad perfectionem requiruntur probantur.* Hæresi 75. Videant nunc illi, qui in Cathalogo sunt notati, vnde illorum somnia descendant, an publica, aut priuata consignatione illa teneant, an illorum auctores, vel institutores sint, an custodes? & talibus Principes credunt, tales senatus, audiunt, aduertunt ab ipsis deformatam religionem, nouiter ab hominibus institutam, & tamen audiunt, tacent, & sufferunt?

Dicant nobis isti qui priuatis suis spiritibus credunt, à quibus, vnde, & quando sua acceperunt, qui contra nostra inuehuntur: ab ipsis cum Tertulliano quæro, *vbi religio, vbi veneratio maioribus debita à vobis? habitu, victu, & instructu*, si a maioribus suis isti desciuerunt, qualiter antiqua seruarunt? Laudant semper antiquitatem, & noua de Die in diem cudunt, nouas confessiones; & reconfessiones fabricant, ac si auctores essent fidei, & ad illos de illa disponere pertineret. Dum enim ipsi nouo suo priuato spiritu dogmata præcedentium temporum pro hæresibus ab ecclesia à primis sæculis damnata, ab orco reuocarunt, & quæ obseruare debebant conculcata esse voluerunt; suorum spirituum nouitatem, & nostri antiquitatem formarunt. Ecclesia Enim Catholica antiquo & communi spiritu, semperque eodem illustrata, ac in fidei Dogmatibus edocta, quæ ab Apostolis & Apostolicis à principio tradita sunt, vsque in hodiernum diem conseruat, ac fideliter custodit. in Apolog. cap. 6.

EORVM
QVÆ DICTA SVNT
IN TOTO
TRACTATV SVMMA.

Serm: 3. in solennit: Epiph:

APparet ergo quam irrationabiliter nostræ fidei, & ut verbis S. Leonis vtar, *& prædicatæ per omnia secula veritati*, ut supra deductum est in ostensionibus, *diabolica Manichæorum* Lutheranorum, Caluinistarum *restitit impietas; qui sibi ad interficiendas deceptorum animas nefandi dogmatis ferale commentum de sacrilegis, & fabulosis mendacijs texuerunt & per has insanarum opinionum ruinas eousque præcipites proruerunt*, ut perfectio tandem Lutheranismi & Caluinismi sit iam Atheismus; primò enim scholasticos Doctores respuentes ad Patres, ex illis ad concilia, ijsdem vero omnibus exufflatis, ad purum verbum Dei etiam ministellorum mulieres catholicos prouocarunt: sed cum istis euincerentur hoc effecerunt, ut cum Leone prosequar. *aduersarij veritatis, quod Legem per Moysem datam, & inspirata diuinitus prophetarum oracula respuerunt, ipsasq; Euangelicas, & Apostolicas paginas quædam auferendo, & quædam inferendo violauerunt, confingentes sibi sub Apostolorum nominibus*, *Dicas* Lutheri, Caluini Philippi, confessionibus institutionibus, *& sub diuersis Saluatoris multa volumina falsitatis quibus erroris sui commenta munirent, & decipiendorum mortiferum virus infunderent, videbant enim sibi vniuersa obsistere, omnia reclamare, & non solum nouo, sed etiam veteri testamento, sacrilega impietatis suæ dementiam confutari.* Sed cum ex Symbolo errores eorum refutari possent, abnegata scriptura, Symboli articulos ut in nostris operibus ostensum est pariter abnegarunt, *ut tota Apostolici veritate Symboli sublata, nullus metus terreat impios, nulla spes incitet sanctos, negent*

Serm: 3. de Natiu.:

à Christo viuos & mortuos suscitandos. Hoc modo ut de ijsdem idem S. Leo, *Ingressi præruptam execrandi dogmatis viam, in qua nihil non tenebrosum, nihilquè non lubricum est, ruunt in profunda mortis per præcipitia falsitatis: nec aliquid solidum cui innitantur inueniunt, qui & ut animi, ita, & corporis pollutione lætantur, neq; in pudore, nequè in fide integritatem seruantes, ut & in dogmatibus impij, & in sacris inueniantur obsceni.*

Hi enim sunt, qui proprijs adinuentionibus, vel molestiâ affecti, antiquas hæreses instaurarunt, vnam malorum Lernam, & vnam Pandoram fabricantes non in Vulcani, sed diaboli officina. *Cumq;*, ut dicit Theodoretus in Eraniste *nouorum decretorum primi esse auctores desiderassent, ex multis sectis impietatem emendicarunt, & hanc perniciosam hæresim* Lutheranam Caluinianam *constituerunt*, ut meritò error Luthericus vel Caluinicus dici possit *Eranistes hoc est emendicator, Polymorphos, seu forma multiplex*, eò quod subdit, *à multis ijsque impijs hominibus infausta sua decreta emendicarint, varia & multiplicata cogitata proferunt*. Quod enim Deum solum Dominum Christum nominant est Simonis, & Cerdonis, Marcionis, & aliorum, qui huic execrandæ sententiæ sunt affines. Quod autem ex virgine quidem natiuitatem fatentur, sed eam dicunt fuisse traiectitiam, nec Deum verbum quicquam ex virgine accepisse, ex Valentino, & Bardisanis, & eorum qui non sunt ab illorum opinione remoti prodigiosis dictis subripuerunt. Quod autem Domini Christi diuinitatem, & humanitatem

vnam

vnam naturam appellant, ex Appolinaris nugis suffurati sunt. Rursus autem quod Christi diuinitati animi perturbationem tribuunt, ex Arij & Eunomij acceperunt. *Sed in impietate,* Lutherana secta vel Caluiniana *omnes hæreses superat, aliæ enim, ut ait Leo; licet merito omnes in sua peruersitate damnatæ sint, habent tamen singulæ in aliqua parte quod verum sit. Arius Dei filium minorem patre, & creaturam esse definiens, & ab eodem inter omnia creatum putans Spiritum sanctum magna impietate se perdidit, sed sempiternam, atquè incommutabilem Deitatem, quam in Trinitatis vnitate non vidit, in patris essentia non negauit. Macedonius à lumine veritatis alienus diuinitatem sancti Spiritus non recepit; sed in patre & Filio vnam potentiam, & eandem confessus est, esse naturam. Sabellius inexplanabili errore confusus vnitatem substantiæ in patre, filio, & Spiritu Sancto inseparabilem sentiens, quod æqualitati tribuere debuit, singularitati dedit, & cum veram Trinitatem intelligere non valeret, vnam eandemq; credidit sub triplici appellatione personam. Photinus mentis cæcitate deceptus in Christo verum, & substantiæ nostræ confessus est hominem, sed eundem Deum de Deo ante omnia sæcula genitum esse non credidit. Appollinaris fidei soliditate priuatus, Filium ita veram humanæ carnis credidit suscepisse naturam, ut in illa carne diceret animam non fuisse, quia vicem eius expleuerit ipsa diuinitas. Hoc modo, si omnes quos catholica fides damnat.* de quibus superiùs dictum est, *errores in alijs atque alijs quidem inuenitur, quod à damnabilibus possit adiungi. In Manichæorum,* Lutheranorum Caluinianorum *autem scelestissimo dogmate prorsus nihil est, quod ulla ex parte possit tollerabile iudicari.* Nam omnes hæreses præcedentium sæculorum non singulas à singulis, sed singulas ab omnibus, & omnes à singulis suffurantes approbarunt, & dum contrarios, & inter se diuersos profitentur errores, hoc agunt, ut dum apud eos multiplex fides sit, nulla sit; & dum omnes recipiunt, & probant, nullam recipiunt, & omnem improbant, & singulas non improbando probant. Supra.

Gloriabitur ne Mornæus de asportatione suorum deorum Pænatum, hoc est iam anathematizatorum dogmatum in Rhodanum, vel in Lemannum lacum? albo ne signabitur lapillo transitus, vel fuga, migratio sub quibus profectus Reipub: Geneuensis à ministris Cacangelicis commendatus est? nam cum proprios ciuitatum Penates, inter se belligerasse tradat antiquitas, inter se pariter sicut & tutelares sui, quibus commendantur simultates habent, quas pro sua quisque parte suscipiunt & si nulla alia causa iam diu sepultarum sectarum extitit, nisi quòd è suis religionibus, vel religionibus aliò translati discesserunt dij, attendant isti speculum suum, & de penatum inconstantia erubescant, & de casu citissimo, eoque certissimo formident, nec de eorundem multitudine exultent, nam ut egregiè S. Aug: *Numa Pompilius indigenas, alienigenas, terrestres, marinos, fontanos, fluuiales & ut Varro dicit, certos atque incertos adsciuit penates.* sicut nauta plures adhibendos putauit, testimonium dans pauciorum insufficientiæ, sub quibus priùs vixerat non sufficere ad opitulandum granditati suæ. De ciuit: lib. 3. c. 12:

Quanto securius Ecclesia Catholica verbo Dei innititur, quod ab Apostolis continuata & certissima Antistitum, & summorum Pontificum Rom. nunquam interrupta, & infallibili successione suscepit, vnde de possessione secura illud exultans cantat. *Quæ autem Dominus Deus noster victor obtinuit in nostram cadent possessionem.* & de hoc præscriptionis titulo secura eiusdem vox auditur eaque verissima. *Mea est possessio, prior possideo, olim possideo, origines firmas habeo Christi & Apostolorum ipsa ego hæres.* Ex Tertulli, lib. de præsc: Iud: c: 11

Humanæ leges ait S. Chrysolog. *intra triginta annos litigiosas interimunt quæstiones,* & tribunalia vestra Geneuensia, id puto ad praxim deducere, *& Christus circa quingētos annos natiuitatis suæ* Ser. 145.

(ca-

CATALOGUS SECTARUM HÆRETICORUM NOSTRI TEMPORIS.

Alphabetico ordine descriptus.

Catalogum istum attexunt multi Auctores graves, sed præcipuè consulendi sunt Fridericus Staphylus de ortu sectæ Luther: Cochlæus de actis, & vita Luther. & aliis opusculis, Laurentius Surius in Comment. rerum in orbe gestarum, Wilhelmus Lindanus in suo Dubitantio, & in tabulis Analyticis, Georgius Ederus in Inquisitione Evangelica, Nicolaus Sanderus de visibili Monarchia, Alanus Copus in Dialog. Stanislaus Hosius de Hæres. nostri temporis, Honophrius Panvinus in Chron. Gabriel Prateolus de Vitis, & sectis Hæreticorum, Gilbertus Genebrardus in Chronol. Andreas Philopater Responsione ad edictum Re inæ Angliæ, Antonius Possevinus in Bibliothec. selecta, Stanislaus Rescius in Centuriis, Florimundus de Origine hæresum, Damianus Roscius de Hæresibus, Jodocus Coccius in Thesauro, Petrus Cudsemius de desperatâ Calvini causâ, Jacobus Gaulterus in Chronol. Zacharias Boverius in Demonstratione Symbolorum Fidei, Franciscus Feuardentius in Notis super S. Irenæum, & in Theomachia, & in Appendice super Alphonsum de Castro. Et quamvis, ut docet Augustinus libro de Hæresibus, ad Quodvultdeum satis sit Catalogum attexenti hæreses simpliciter recensere, quia ut etiam scripsit Hieronymus epistol. 54. perfidiam eorum exposuisse superasse est. Placuit nihilominus brevissimas depulsiones apponere, fusiores suis locis relinquendo, ut legenti venena, præstò sint antidota.

A.

ACCIDENTARII.

Anno 1550. Accidentarii dicti sunt, quod peccatum originale reale *a* accidens esse pronuntiarint, quo hominis natura corrupta est. Illyricanis è regione oppositi, qui illud substantiam esse dixerunt. Hujus dogmatis auctores fuerunt Tilmannus Heshusius, & Jacobus Andreas Smidelinus, qui è lumbis Lutheri prodierunt, & hæc venena orbi instillarunt. Inter ipsos dissensio *b* est in multis articulis, de justificatione, necessitate operum, Christi Domini persona, ejusdem ad inferos descensione, & ad cœlos ascensione. Pertinent ad Semilutheranos.

a *Damnantur in Conc. Tridentino sess. 5. de pecc. orig. can. 5. & à S. Thom. 1. 2. q. 82. ar. 1. & 3. & Scholasticis 2. sent. dist. 30.*

b Hæc dissensio Fidem nostram confirmat, nam ex Hilario lib. 7. de Trinitat. Bellum Hæreticorum est Ecclesiæ triumphus.

ADAMITÆ.

1535. Adamitæ, seu Adamiani ob æmulatam Adæ nuditatem, ementitamque innocentiam, antiquos hæreticos Adamianos imitantes *A*, nudi per hortos aberrant, sub arboribus exiguis foliis præcincti matrimonium contrahunt, sponsaq; cum sponso inter amœna vireta aberrantibus, deambulantis Dei ad auram, post meridiē vocem audire se simulant: easdem arbores nudi conscendunt, cœlestem panem tamdiu expectantes, donec illo frustrati famelici corruant. Tales phanaticos vidit Amsterdamū, cum his similes per Hollandiam 1535. nudi discurrerent. Horum quidam nuptias, ut antiqui Adamiani execrantur: quidam vero promiscuo concubitu turpissime se fœdant, qua turpitudine, & cæcitate, veluti Talpæ, cui ob cæcitatem, & incontinentiam illudunt homines, merito sunt irridendi, ut eleganter de veteribus Adamianis scripsit Epiphanius Hær. 52. Sunt, & alii Adamæi, ex Lindano, ab Adamo Pastore dicti, qui Christum verum hominem professus, Deum *B* negavit, Photini hæresim jam pridem damnatam renovantes. Pertinent ad Castra Anabaptistica. Horum etiam meminit Bullingerius Cacangelicus scriptor apud Rescium, & Lambertus Hortensius in sua historia Anabaptistica.

A *Damnantur ab ipsa natura, & scriptura 1. Corinthiorum 15. Lege Tertullianum libro de veland. virg. & Epiphanium hæres. 52. contra hanc hæresim decertantes.*

B *Christi Deitas docetur Ioan. 1. 8. 10. 17. Rom. 9. Galat. 1. Philippen. 2. Act. 2. 1. Ioan. 3. Vide Sanctum Thomam quæst. 27. p. p. art. 1.*

ADESSENARII.

Adessenarii sic dicti, ut notant Staphylus, & Rescius, ex Clebitio in assertionibus contra disputationem Heidelberg. anni 1560. quod fateantur Corpus Domini in Sacra Eucharistia adesse: sed eorum alii sub pane, alii cum pane, alii circa panem; addit Rescius, alii supra panem. Hoc modo veluti Diphas limpidissima cōsecrationis verba, veneno tingere satagerūt. Horum Catechismū idem Rescius se legisse testatur, in quo docebatur, Corpus Christi in Cœna in vino, & pane contineri, & multos sectatores hodie habere in Misnia, & Silesia. Pertinent ad Lutheranos rigidos. 1560.

Damnantur à Conc. Lateran. sub Innocen-

centio III. can. 1. & in Floren. de Sacram. in litteris unionis. Trident. seß. 13. can. 2. ubi transubstantiationis doctrina traditur, & definitur, eosdem confutat S. Thom. 3. par. quæst. 75. art. 2.

ADIAPHORISTÆ.

1548. ADiaphoristæ vocati sunt quidam Sectarii, eo quod ἀδιαφορίαν introduxerunt dicentes, Cæremonias & Constitutiones Ecclesiasticas esse inter indifferentia computandas, quæ sive serventur, sive violentur (ajunt) in pari sunt conditione, & jure. Unde suos Catholicorum cæremoniis uti permittunt, docentes eos, ut pro bono pacis in causa religionis sic vivant, ut mores, & ritus Patriæ, vel Provinciæ, ad quas declinare contigerit, vivendum esse præscribunt. Unde inter mollium Lutheranorum Sectas merito recensentur. Ab Illyrico, Smidelino, acriter perstringuntur. A Philippo Ebero, & quibusdam ministris Wirtembergensibus, quidam dicunt originem ducere. Lipsenses, ab interim Lipsiensi, Lindanus hujus sectæ facit auctores. De quibus dixit Ambsdorphius omnia simulasse, & dissimulasse, ut Imperatori obtemperarent, & in ejus gratiam Missam, & veterem religionem amplexos fuisse, & nihilominus in Lutheri disciplina permanere voluisse.

Damnantur in Concil. Trid. seß. 7. can. 13. & 22. can. 7. & 23. can. 5. & à S. Thom. 2. p. quæst. 93. ar. 2. & 3. par. quæst. 83. art. 2. & 3.

ÆGIDIANI.

1566. ÆGidiani ab Ægidio Aquensi suam trahunt originem. Hic ab Anabaptistis baptizatos, iterum rebaptizabat, unde eorum baptisma simplicem, & nudam ablutionem vocabat, suam vero retinctionem perfectam, veteris hominis depositionem. A singulis vero quos baptizabat tres nummos coronatos exigens, tantam sibi auri copiam comparavit, ut Anabaptistis vehementer invisus, primo ab illis excommunicatione exufflatus, mox palinodiam canere astrictus, tandem Antuerpiæ capite plectitur. Ad Catabaptistarum, seu anabaptistarum castra pertinent.

Damnantur à Concil. Florent. supra. Trid. seß. 7. can. 9. & 24. can. 4. à Sancto Thoma. quæst. 63. art. 6. in tertia parte, & quæst. 66. art. 9.

AERIANI.

ÆRiani sic dicti, quidam Sectarii, quod Hæretici Aerii dogmata renovantes, negant Sacrificium pro defunctis offerendum *a*. Purgatorium evertunt. Jejunia *b* & Ecclesiastica mandata parvipendunt. A Brentio, & nonnullis aliis Luthericolis tales errores peculiariter hauserunt, quos summo studio propagare conati sunt. Pertinent ad Luthericorum rigidorum castra. 1546.

a *Damnantur à Concil. Trident. seß. 22. cap. 1. 2. & 6. & est Apostolica traditio talis oblatio, ex Dionys. de Eccles. Hierarch. cap. 7. par. 3. Lege S. Thom. 3. par. quæst. 24. art. 1.*

b Et iterum à Trident. seß. 6. can. 2. lege S. Thom. 2. p. quæst. 147. art. 4.

AMBROSIANI.

AMbrosiani, alias Pneumatici à quodam Ambrosio hauserunt venenum. Hic tantopere sui Spiritus suggestiones, variasque revelationes jactabat, ut auctore Ekio lib. contra confess. 1559.

fess. Zvvingl. non sit veritus utriusque testamenti Scripturas rejicere, & omnia præcepta contemnere. Sed cum hæc secta paucos habuerit sectatores, vix nata interiit. Pertinent ad Semiatheos.

Damnantur à Concil. Carthag. 3. Innocentio I epist. ad Exuperium, & à Gelasio Papa dist. 15 cap. Sancta Romana. & à Trident. sess. 4.

AMNISTITÆ.

1558. Amnistitæ Sectarii sunt inter Confessionistas enumerati rigidos, sic dicti ob tentatam ἀμνηστίαν, seu concordiam inter Osiandrinos, Antiosandrinos, ut dissimulatis hinc inde erroribus, omnis contentio sopiretur, ut notat Staphyl. lib. de concordia discipulorum Luth. Hoc modo ex Epiphanio Hær. 31. *Ut vetus habet fabula, Scorpii alter alteri implexus catenam nectentes, de tecto seipsos demittunt, & perniciem hominibus inducunt.*

Eorum dissensio Catholicæ Ecclesiæ monstrat veritatem, ut dictum est ex Hilar.

AMSDORPHIANI.

1533. Amsdorphiani à Nicolao Amsdorphio ducunt originem. Hi cum Illyrico, Gallo, Sneppio, Merlino, Westphalo, Lutherana quædam dogmata mordicùs sibi defendenda putant; inter cætera, quod opera ad salutem necessaria non sint. Unde inter rigidos, & Stoicos Confessionistas numerantur. Sed bene res se habet, quod, ut dixit de similibus hæreticis Epiphanius Hær. 41. Scarabæorum quidem opera, ac tractatio est graveolentia, apibus autem vice versa bonus odor, & flores, & unguenta. Et quemadmodum hi nõ ferentes bonum odorem, inter odores moriuntur; sic & isti scortationes, & impudicitias tractantes, bonorũ operum fragrantiam nõ ferentes, à fide recedentes moriuntur, dum opera, quæ fides prædicat, detestantur.

Damnantur ab Apostolo Roman. 2. Tit. 3. Heb. 6. Trid. sess. 6. cap. 7. & 8.

ANABAPTISTÆ.

Anabaptistæ sic dicti à Sacrosancti Baptismi reiteratione eorum, qui in pueritia tincti sunt, vel aliorum etiam alias legitime baptizatorum, rursus secunda hac sacrilegâ significatione lavacri crucifigentes filium Dei. Præcipuum hujus factionis ducem, quidam faciunt Nicolaum quendam Ciconiam, aliàs Storkium, qui jactabat sibi à Gabriele Archangelo revelatum, ipsum mittendum fore ad Ecclesiæ reformationem, Regnumq; sibi promissum. Insuper ex solo aspectu cujuscunque sibi personæ occurrentis agnoscere posse, num ad electorum, vel reproborũ numerum pertineret, quod tamen prædestinationis arcanum sciri non posse, nisi ex speciali revelatione definivit Ecclesia in Conc. Trid. sess. 6 c. 12. Alii auctorem faciunt Muntzerum, sive Monetarium, dicti Nicolai discipulum, auctorẽ belli rusticani in Germania adversus suos dominos, qui pariter jactabat sibi divinitus datum gladium, tanquam Gedeoni, ad novum Christi regnum instituendum: cujus phanaticum Spiritum seditiosi rustici per Germaniam, Alsatiam, & Sueviam sequentes ad 130000. vel 150000. anno 1525. fuerunt præter alios alibi in Westphalia, & Hollandia miserè truci- 1524.

trucidati. Sed & alii Balthasarem Pacimontanum hujus sectæ faciunt authorem. Alii dicunt istos originem suscepisse à Carolstadio, qui ex Philippo Melanchthone, & Erasmo Albero, Cacangelicis scriptoribus, puerorum baptisma exufflabat. A Zvinglio ortos dicit Antonius Corvinus, & Pacimontanus libello Marpurgi edito, dicit se syngrapham habere Zvinglii, quâ infantium baptisma dissuadebat teste Eckio, contra Confessionem Zvinglii. Clarè idem Zvinglius lib. de baptismo, melius esse dixit, ut infantes primò baptizarentur cum adulti essent. Sed etiam huic sectæ Lutherum viam aperuisse constat, cum ad Waldenses scribens, dixit: Melius esse omittere baptismum, quam pueros sine fide, id est non credentes baptizare.

Hi autem impiissimi sectarii præcipua fidei capita, & morum disciplinæ fundamenta evertunt. Nam præter Pedobaptismi *a* rejectionem, Christum *b* Dominum de Maria Virgine carnem sumpsisse negant. Multos libros utriusque *c* testamenti non recipiunt. Ecclesiam, & omnes ad Divinum *d* cultum ceremonias explodunt, illa superstitione suum cœtum colligâtes, quod die dominico jacent super terram, & variis superstitiosis signis à suis Ministellis initiantur. A Christianis *e* Magistratum, & Principatum ablegant, omnesq; Magistratus, & Principatus, cum infidelibus occidi volunt; libertatemq;, inquiunt, per illos extinctam esse vindicandam. Non licere bona temporalia *f* Christiano possidere; jura agere, debita exigere, arma domi non servari, in via non portari, à prædonibus nō se defendere. In communi vivunt, *g* & communitatē introduxerunt, nō secundum normam Apostolicam, sed apostaticam, siquidem politiam Platonis, sub prætextu hujus communitatis invexerunt, ut uxores pariter essent communes; pariter dogmatizantes uxorem, vel maritum, si nolint baptizari, à matrimonio separari posse, & aliud inire. Multa alia dogmatizarunt, de quibus Eckius, & Budnæus hæreticus, qui multa contra dogmata, seu paradoxa Anabaptistarum descripsit. Innumeræ factiones ex istâ secta exortæ sunt, ipso Bullingero teste Hæretico scriptore, celebriores tamen suo loco, & ordine recensebimus. Hi sunt Pseudoprophetæ, qui sectas perditionis introduxerunt à seipsis missi, signis missionis destituti, signa reprobationis dum viverent præferentes, mendaciter certitudinem prædestinationis sectatoribus repromittentes.

a *Damnantur etiam Marci ultimo, & ab Augustino epist.* 18.

b *Matth.* 1. *& ex Symbolo Apostolorum.*

c *Ex Concil. Carthaginen. & Tridentino locis supra citatis.*

d *Cypriano serm. de Baptis. & August. de Baptis. lib.* 2. *cap.* 7. *Concil. Trident. sess.* 7. *can* 13.

e *Romanorum* 13.

f *Augustino de Moribus Eccles. cap* 23.

g 1. *Corinth.* 7. *& Ephes.* 5.

ANGELICI.

ANgelici, ex Rescio, una dempta littera ab Anglis ducunt originem. ob id autem tali nomine nuncupantur, quod dicant, Angelū Domini unicuiq; hujus sectæ assistere, eique suggerere, *a* quæ vera religio sit, quæ superstitio, multaque visibiliter ei apparendo revelare: quare eidem Angelo *b* suo quadam verborū formula, fidem, obedientiam, & homagium præstant. Orti sunt 1596

nuper in Sileſia,& Boemia. Diſtinctos eſſe apparet iſtos Angelicos ab antiquis Angelicis, de quibus meminit Epiphanius 2. adverſ. hæreſ. hær. 60. alio ſiquidem titulo inter hæreticos antiqui Angelici computati ſunt, videlicet, aſſerendo, mundum ab Angelis factum, vel ſe ob ementitam puritatem de numero Angelorum eſſe jactando, vel ab Angelina, loco ſupra Meſopotamiam poſito, ut ſcripſit Epiphanius. Pertinent ad Anabaptiſtarum claſſem.

a *Damnantur in Concil. Trident. ſeſſ. 4. in decreto ubi ſtatuitur deſumendam eſſe, Fidei veritatem, ex Sacris Scripturis, Traditionibus, &c.*

b *Et 2. Corinthiorum 6. & 11.*

ANTICALVINIANI.

1555. Anticalviniani Sectarii ſunt illi, qui recte quidem contra Calvinum ſentiunt, corpus Domini verum, & naturale eſſe in Euchariſtia, non tantum ἐνέργειαν corporis, doctrinam tamen integram Eccleſiæ amplexi non ſunt, tranſubſtantiationem negantes, & in uſu præſentiam eandem Chriſti Domini ſolum confitentes. Hanc ſectam erexit Joachimus Weſtphalus, ut patet ex reſponſione ejuſdem contra Calvinum ab illo; & cæteris Calvinicæ factionis ſe ſegregans, in reliquis articulis per omnia cum eiſdem ſentiens. Pertinent ad rigidos Confeſſioniſtas.

a *Damnantur in Concil. Trident. ſeſſ. 13. cap. 3. & à S. Thom. 3. p. q. 83. art. 6.*

ANTICATHOLICI.

Anticatholici vocantur à Veranio Modeſto Pacimontano, apud Reſcium, ii qui omnia, quæ Romana Eccleſia de ritibus, & cæremoniis profitetur, rejiciunt, & Lutheri dogmata defendenda ſuſcipiunt. Ab eodem hoc titulo inſigniuntur falſiſſime orthodoxi, qui Pſeudocatholici, & Papiſtæ ab ipſo nuncupantur, quod Eccleſiaſticorum decretorum nihil immutari patiuntur, & Romanum Pontificem (ait & falſo) ſupra ſcripturam efferunt, & ejus ſententiam divinis oraculis parem conſtituunt. Tertii generis quidam ſic nuncupantur, qui nulli parti ſunt addicti, ſed quicquid utrobiq; rectum, & catholicum fidei conſentaneum reperiunt, amplectuntur. Hæc Reſcius ex Veranio. Sed quamvis primi, & tertii generis homines merito Anticatholici dici debeant, ſecundum tamen genus hominum, quod impiè à Veranio traducitur, ad Catholicam Eccleſiam pertinet, ejuſdem decreta, & cæremonias reverenter ſuſcipiendo, & Romani Pontificis in rebus fidei definiendis auctoritatem infallibilem prædicando: non ſuperiorem, vel æqualem Verbo Dei faciendo, ſed infallibilem in ſuo ordine ſub verbo Dei agnoſcendo, ejuſdemque Verbi Dei, & rationis formalis fidei adminiſtram, in propoſitione, definitione, & explicatione credendorum. Quamobrem in hoc, quod Veranius nos Pſeudocatholicos nuncupat, ſe potius Anticatholicum probat, & diaboliſtam oſtendit, tanquam non infimum diaboli organum, unde ſub diaboli vexillo merito cum cæteris hæreticis collocatur.

Rectè etiam Hilarius 6. de Trinit. dixit: Gravis & multæ difficultatis labor eſſet, ſi quantum audet impietas, in tantum conſuleret prudentia; ſed bene quod irreligioſitatis voluntas ex inopia prudentiæ eſt. Hæc ille.

ANTI-

ANTICHRISTIANI.

1568. Antichristianorum nomen, etsi omnibus hæreticis merito tribuatur à scripturis, & Sanctis, à quibusdam tamen nostri temporis Scriptoribus restrictum est ad peculiares sectarios nostri seculi designandos, qui non tam hæretici, quam præcipuorum articulorum Fidei subversores vocandi sunt, quales (ut dicit Lindanus) sunt Præmonstratensis ille apostata, de quo infra, Bucerus, qui Christum verum esse Messiam negavit, & quidam alii, qui meretriculam quandam Lovaniensem nudam adorabant, ex qua jam pridem Messiam nasciturum jactabant, & proinde summis votis exoptabant. Hosius vero teste Rescio, sic dictos putat, quod convenientibus quibusdam sectariis in colloquio Aldemburgensi speciosis titulis volentes suos pseudodoctores adornare, in has impias blasphemias proruperunt, ut Lutherum cum Christo, verbum Lutheri cum Verbo Dei, Philippum Melanchthonem cum Paulo, Calvinum cum Marco copularint. Minorum officinam horum conventiculum liceat appellare, & Vesparum examen, quæ etsi mordentes parvam vexationem inducant, super alas vanitatis suæ equitantes, & aculeo dicacitatis confidentes, si in Petram veritatis impingant, aculeum cum vita amittent.

Hi potius dicendi sunt fidei subversores, satis ex Symbolo Apostolorum, & Scripturis Sanctis refutati, Matth.1.Ioan.1.& aliis locis, vide infra verbo Præmonstratenses, & verbo Buceriani.

ANTIDÆMONIACI.

1545. Antidæmoniaci sic dicti ob nonnulla eorum particularia *a* dogmata, quæ seminarunt, scilicet, quod nullus in universo sit diabolus, vel malus Spiritus. Quod maleficia, *b* & incantationes mera figmenta sint, & non in rerum natura. horum parentes fuerunt Osiander, & Georgius David. recensentur partim ad Anabaptistarum, partim ad Lutheranorum classes pertinere.

a *Damnantur Matth.4.Marci.1.Luc.4. Ioan.8.& 13.Ephes.4.& 6.*

b *Ex Concil.Ancyr.cap.24.Concil.Rom. sub Gregor. II. cap. 13. & ex ipsis Scripturis quoq; clarè refutantur Exodi 22.Deuter.18. 2.Par.33.*

ANTIDIAPHORISTÆ.

Antidiaphoristæ sic dicti, quod Adiaphoristis adversentur. Horum ducem se monstrat Flaccus Illyricus, dum teste Staphylo editis libris acerrime Adiaphoristas perstringit. Dogmata, *a* quæ Adiaphoristis adversa, sunt promulgata, ad hæc capita reducuntur, videlicet. Nullas cæremonias in Ecclesia esse debere. Non esse à Confessione *b* Augustana, & Lutheri libris recedendum, iisdem veluti divinis scriptis nihil addendum, vel minuendum. Sed in quamcunque formam Lutherica soboles, veluti Chamæleon convertatur, semper multipes & deformis apparet, intolerabilem errorum graveolentiam spirans. Pertinent ad rigidos Lutheranos. 1560.

a *Damnantur ex Conc. cit. verbo Adiaphorista.*

b Sed ut dicit Hilarius 1. de Trinit. Hæretici voluerunt esse sibi arbitri Religionis hanc, vel illam Sectam amplectendo, cum religionis opus in solo obedientiæ esset officio.

ANTI-

ANTILUTHERANI.

Generale est nomen sectarum multas sub se specie diversas sectas continens.

ANtiLutherani vocantur à Lindano, ii sectarii, qui nec cum Luthero, nec cum Ecclesia sentiunt, quorum Principes, & Antesignani sunt Oecolampadius, Petrus Martyr, Farellus, &c. in multas factiones dissecti sunt (ut diffusius, & clarius infra apparebit) in dogmatibus dissimiles, in impietate concordes, & dum unusquisque eorum suum venenum mundo propinare conatur, in dissimili forma inæquales, veneno tamen pares sunt.

ANTIMARIANI.

1538. ANtimariani seu Antidicomarianitæ, hoc est adversarii Sanctæ Mariæ Deiparæ, hæredes antiquorum, Antidicomarianitarum, de quibus meminit Epiph.hær.78. propter Maternitatis, virginitatis, sanctitatis eximię privilegia ab eis denegata. Pertinent ad gregem quorumdam Lutheromanitarum, in quo quædam mulierculæ aggregatæ, easdem prærogativas soli Virgini Deiparæ concessas, non erubuerunt sibi quoque attribuere. Turbulentum reverâ sæculum nostrum, (ut de suo plorabat idem Epiphan.) Cujus vita in periculo versatur, ut quæ undequaque pravis superseminationibus cogitationum, ac ratiocinationum malæ Fidei à diabolo obruitur. & postea. totum hoc Mulieris opinio est, & Evæ rursus deceptæ morbus, imò potius serpentis bestiæ illius, irritativæ, & quæ loquuta est in ipsa. Pertinent ex Lindano ad sectam Anabaptistarum.

Contra hos lege Epiphanium adversus hæres. Contra hæresim Antidicomarianitarum, & S.Thom.3 par.quæst.27.& 28.& 31. & Petrum Canisium in suo Mariali adversus hæreses.

ANTINOMI.

ANtinomi Wirtembergæ, à Joanne Agricola & Jacobo Stenkio Lutheristis progeniti sunt, legem Moysaicam adeo abominantur, ut illam indignam dicant, quæ *a* Verbum Dei appelletur. Decem decalogi præcepta putantes abrogata. *b* Per Christi mortem, volunt ab Ecclesia eliminanda, ut habet Confessio Mansfeldensis. Brevi verò impietatis compendio, omnem debacchandi licentiam contra morum honestatem permiserunt, dum suam doctrinam hoc Atheo Paradoxo concluserunt. Quidquid libet, licet, modò in Christum credas. Sed satiari non potest impudentia, neque repleri insipientia, ad omnem carnem si posset, absque ullo termino, velut infernus deglutiendam aperiens, & dilatans os suum, & rimis falsarum opinionum in profundas foveas Atheorum, aut ad minus in puteos Sardanapalorum, dehiscens. Sunt Lutherani rigidi, anno 1538. ortam scribit Sleidanus Novatorum Historicus. 1550.

a *Damnantur cum Manichæis Gal.3. Lege S.Thom.1.2.quæst.98.art.1.*

b *Et Matth.7.Rom.6. in Concil.Trident. sess.6.can.19. lege S.Thomam 1.2.quæst.100. per totum.*

ANTIOSIANDRINI.

ANtiosiandrini, qui & Osiandromastiges propter implacabile in Osiandrinos bellum sic dicti. Hi teste 1553.

Sta-

Staphylo cum à multis Confessionistis de dogmatibus in materia de justificatione, quæ Osiander innovaverat, judicium peteretur, responsa singularum Ecclesiarum Confessionistarum, typis excusa sunt, adeo inter se diversa, ut quatuordecim de justificatione sententiæ ad invicem pugnantes recensitæ sint, aliis dicentibus Christi sanguinem, aliis passionem, aliis satisfactionem, aliis transitum illius esse formalem hominis justificationem. Sed, ut dicit Rescius, negantes hominem ea justitia justum esse, qua Deus (ut dicebat Osiander) justus & essentialiter; in extremum ab Osiandro, inciderunt errorem, dicendo imputative justum hominem dici, non re, sed verbo tantum: propter quam oppositionem Antiosiandriui nuncupati sunt, & propter oppositionem ad invicem Antiosiandromastiges meritò dici possunt. Dicant ergo si omnes volunt veritatis sedem se occupasse, quomodo tot sessores contrarios capiat una sedes? Si inter omnes unus, nullus erit inter omnes, cum ex omnibus unusquisque unum esse contendat, sic dum sese mutuò oppugnant, nostra firmant. Veritatis namque via nunquam multiplex, semper una, & olim dictum est, Veritatis via simplex est. Pertinent ad rigidos Lutheranos.

Damnantur Roman. 8. 1. *Corinth.* 6. *in Concil. Trident. sess.* 6. *cap.* 3. *& can.* 7. 10. *&* 11. *inde S. Thom.* 1. 2. *quæst.* 113. *art.* 1. *&* 2.

ANTIPAPIFURIOSI.

1548. Antipapifuriosi sic vocati, quod doctrinam cujusdam Flacciani sequuntur, qui in quodam libro inscripto Christiana consultatio, in Comitiis Augustanis hanc propositionem ab Eumenidis dictatam exaravit. Non esse quietem, vel pacem sperandam, nisi Papatus eradicetur, & nisi Pontifex, Cardinales, Episcopi, Sacerdotes, & Monachi usque ad internecionem excidantur. Sic isti diligunt Corpus Christi, quod est Ecclesia, ut omnia vel præcipua membra exterminata cupiant. Sic reformatorum titulo exornari volunt, ut nullam quam reformare cupiunt Ecclesiæ formam præsupponant. Verum securè navigat Romanorum fides, nec syrtes, nec naufragium expavescens. Videat illa gens, quæ à Petri gubernaculo voluntariè se subduxit, quæ de suo non majorum ingenio sulcat maria, quam sit miserrime inextricabili impacta salo, sub naucleris novis, ut nihil aliud expectare possit, quam infelici exitu fluctibus infidelitatis absorbeatur. Sunt Lutherani rigidi.

Damnantur ex Christi promissionibus Matthæi cap. 16. *& cap. ultimo.*

ANTIPAPPI.

Antipappi prima facie ii dici posse videntur, qui fuerunt sectatores 1579.
Joannis Sturmii Rectoris Scholæ Argentinensis, qui referente Rescio, contra Joannem Pappum ubiquitarium scripsit antipappos quatuor. Verum cum Sturmius libros scribat, illos vocant Antipappos, potius ex eodem Rescio antipappi dicti sunt Pappi sectatores, qui carni Christi ubiquitatem, & omnipræsentiam tribuunt, quique illos articulos, Ascendit ad cœlos & inde venturus est, sic interpretantur, ut venturus sit visibiliter, sed sit ubique invisibiliter. Propter hæc privata dogmata à reliquis Confessionistis dividuntur, & inter Semilutheranos recen-

sentur. Miserabile religionis corpus, si tot adversantibus medicis ab iisdem medelam in ægritudine expectet, sed bene res se habet, quod fidei sedem dividunt, dum singuli partem ad se rapiũt, *& dum quò quisque alienos à scriptura sensus, & extorsiones proferens, contra alterum pugnat, acrius eò (etsi id non intendat,) pro veritate pugnat, & multiplex ab itinere regio aberratio, recta via ostensio est, unde, & prudenter dicitur, aberrare variis possumus modis, rectè uno licet modo agere.* Sunt Semilutherani.

Porrò Joannes Sturmius, ex Genebrardo, eam sectam introduxit, quam viam mediam appellabat sine catholicorum, & protestantium, ut ajebat offensione. Sic miseri inter duas partes claudicantes viam civitatis habitaculi non invenerunt.

Quibus auctoritatibus evincantur, infra dicetur verbo Ubiquetarii.

ANTISTANCARIANI.

1555. Antistancariani vocantur ii sectarii, qui Stancari sententiæ opponuntur è diametro. Ubi enim Stancarus Nestorizando duas *a* constituit in Christo personas, unumque Christum faciens humiliatum, exinanitum, carneum alterum, qui nunquam se exinaniverit, & humiliaverit; hi, ut illi contradicerent, per omnia voluerunt divinam Christi naturam una cum humana in cruce *b* mortuam esse. Hæc secta à Musculo venenum hausisse perhibetur. At tam Antistancariani, quam Stancariani in extremitates declinantes in errorem impegerunt, ii ne Deitatem Christi vilipendere viderentur personas multiplicando; isti ne Christum dividere viderentur, divinitatem Cruci affigendo; cum tamen eundem Christum Dominum Catholica fides, & humiliatum, & exaltatum, mortuum, & resurgentem fateatur impassibili Deitate permanente; etsi propter idiomatum communicationem, & utriusque naturæ eandem personam subsistentem, Deum verissime mortuum confiteatur. Sunt Antichristiani.

a *Damnantur cum Nestorio in Concil. Ephes. & in Concil. Chalcedon. act. 5. & Constantinopolit. 5. confess. 1. cap. 2. lege S. Thom. 4. contra gent. cap. 34. & 3. par. quæst. 2. art. 2.*

b *Damnantur Malach. 3. 1. Timoth. 6. vide Coccium in Thesaur. par. 1. art. 1.*

ANTISTURMIANI.

Antisturmiani dicti sunt ex eo, quod Sturmii scholæ adversentur. 1570. Ab Osiandro originem ducunt, qui contra eum, librum sub Antisturmii titulo conscripsit, perstringens Sturmianos, quod concordiæ Bergensi subscribere noluerunt, sed potius Augustanæ Confessioni, ibidem Sturmium peculiariter maledictis incessens, vocans illum Vespertilionem, & adulatorem Pontificiorum. Sunt Antilutherani.

Ex his ergo Ministromachiis, & in partes falsitate, divisa Ecclesia trophæa merito erigit veritatis: & ex eorum dissidiis etiam satis refutantur, fidem namque nostram, ut scripsit Hilarius 7. de Trinit. dum sibi adversantur, affirmant.

ANTISWENCKFELDIANI.

Antiswenckfeldiani vocantur à 1545. Staphylo, & ab Illyrico apud Rescium,

ſcium, ii, qui omnem fidei Chriſtianæ cauſam, & rationem ponunt in vocali ſuorum Magiſtellorum miniſterio, ſeclusis omnino ſpiritus impulſibus, & Enthuſiaſmis penitꝰ ſepultis, Swenckfeldium refutantes omnia in ſpiritu loquentem, litteram prorſus rejicientem. Sic iſti Canthariδes, auricomi in Enthuſiaſmi confutatione apparent, venenum tamen habere monſtrantur, omnem viam ſalutis in vocali verbo miniſterii Eccleſiaſtici reſtringentes, ſine quo neminem credunt ſalutem aſſequi poſſe. Sunt Lutherani rigidi.

Damnantur ab Apoſtol. docente Eccleſiam Dei vivi eſſe columnam, & firmamentum veritatis. 1. Timoth. 3. quæ proponit (ex Concil. Trident. ſeſſ. 4.) ſcripturam, & Traditionem pro Regula fidei.

APOLOGETICI.

1544. Apologetici ſecta, ſacramentarii, dicti, quod doctrinam apologiæ Anglicanæ in omnibus, & per omnia ſequantur, ad triginta ſex ferme capita eorum errores reducuntur (ab Alano Copo in dialogis) in quibus etiam alii ſectarii conveniunt; ſed proprii eorum fœtus hi ſunt. Quod unitas *a* non ſit Eccleſiæ nota; quod levis *b* quæſtio ſit de paſchate, & fermentato. Ad laicos *c* ajunt pertinere, quantumvis Clerus repugnet, antiquam fidem fideique diſciplinam inſtaurare. Ad Principes laicos etiam pertinere in Conciliis de dogmatibus judicare. Malos *d* Corpus Chriſti non comedere. Illicitum eſſe plures uno die, eodemque templo miſſas celebrare. Infantes *e* antequam fidei ſacramentis initientur ad populum Dei pertinere. Eccleſiam *f* poſſe errare in fide. Vigent in Anglia, & ſub Zwinglianorum vexillis à Reſcio collocantur. Talis eſt Diaboli aſtutia, ut pro tuenda ſuperſtitione ſuos habeat apologeticos, & abductio talis non eſt, quin apologia honeſtior, aut purior dici poſſit, etſi purum verbum Dei, purumque religionis obryzum tradere mentiantur, cum pariter venenatos, acerbioresque ictus inferant ſcorpiones iſti, quamvis eorum placita verborum lenocinio artificioſè condiantur.

a *Damnantur ex Symbolo Apoſtolico.*

b *Ex Nicæno Concil. ubi quæſtio paſchatis terminata eſt, & ex Concil. Florent. in literis union. ſeſſ. ultima.*

c *A Concilio Chalcedonenſi act. prima.*

d *Et à Concil. Trident. ſeſſ. 13. cap. 8. lege S. Thom. 3. par. quæſt. 80. art. 3. & ex traditione Eccleſiæ.*

e *A Nazianz. oratione in S. Lavacrum. S. Auguſtino tract. 41. in Ioannem.*

f *Et prima Timoth. tertio.*

APOSTOLICI.

Apoſtolici ſecta Anabaptiſtæ veteres Apoſtolicos hæreticos imitantes, ſic dicti ob ſuperſtitioſam æmulationem renunciationis rerum, & communitatis bonorum, quæ tamen ob virtutem religionis ab Apoſtolis fidelibus præſcripta fuit ſervanda, ut habetur in actis Apoſtolicis. Adeo autem apud iſtos *a* ſervabatur bonorum abdicatio, ut omnia relinquentes, eaque communia facientes, domum, liberos, & negotia dimittentes, per agros vagarentur. Sed cum ignavi iſti homines ſuos conſectarios gravarent, interdum eorum facultates abſumentes, ut ipſosmet Anabaptiſtas, tandem rei indignitate proſpecta, præpingues, & ignavos iſtos ventres alere pertæſum ſit, ut dicit Coccius. Hoc etiam (dicit idem) diſcrimen eſt inter hos, & Muntzerianos, 1528.

c. 4.

quod hi neglecto sensu, & intelligentiâ sacrarum scripturarum *b* nimis pueriliter literæ inhærent, Muntzeriani verò etiam ipsam literam rejiciunt. Hos aliis hæreticis similiter Apostolicis dictis, similes dicit Hosius, qui tempore D. Bernardi exorti dogmatizarunt, quod *c* ubi non est vita Apostolica, ibi non est Ecclesia, & quod sacramentorum virtus à ministrorum bonitate dependet.

Sed si Apostolici sunt, edant origenes Ecclesiarum suarum, & videant si primus eorum aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris, qui tum cum Apostolis perseveraverit, habuerit auctorem, & antecessorem, ut dicit Tertullianus lib. de præscript.

a *Contra hos errores lege Epiphanium hær. 61. & Augustinum hær. 40.*

b *Damnantur in Concil. Trident. sess 4. decreto primo.*

c *Contra hos etiam lege S. Bernard. serm. 66. in cant.*

ARIANI NOVI.

1532. Ariani novi à Michaele Serveto Hispano ducunt originem, qui furentem Arii hæresim prophana manu ventilando, sopitos ejus cineres rursus accendit. Inter eos præcipuè etiam habentur Valentinus Gentilis Consentinus, Blandrata, Ochinus, & ministri Transylvaniæ. Hi ergo primo Trinitatis sanctissimæ nomen rejiciunt. Filium negant Patri esse consubstantialem. Quorum etiam aliqui personas divinas confundunt, aliam substantiam separant, non verentes tres Deos asserere. Blasphemo, & sulphureo ore (ô miram Dei patientiam fulmine has voces non ferientem) vocant Triadem divinissimam cerberum Tricipitem, Deam fatuam, tricorporeũ Gerionem; cum tamen ipsi sint Centauri, Briarei, horrenda malitiæ monstra, & monstrorum omnium elaborata diabolica arte mistura, quos meritò propter bellum diabolicum Deo illatum Theomachos verissime possis appellare. In Lithuania, Transylvania, & minori Polonia ista hæresis altas fixit radices, quæ in Bitheitas, Tritheitas quoque partita est, etsi una, eademque materia spinosa sit, & eadem radix, ut de veteribus Arianis scripsit Epiphanius adversus hæreses hær. 72. Sunt Antitrinitarii.

Damnantur Matthæi ultimo, & 1. Ioan. 5. & ex Concil. Nicæn. 1. Constantinopolit. Ephes. 1. & Chalcedon. Tolet. 11. in Symbolis, & Alexand. 1. epist. ad orthod. Sixto I. epist. ad Christi fideles. & ex Symbolo Athanasii.

ARMINIANI.

Arminiani, ut dicunt Cudsemius de desperata Calvini causa cap. 8. & Gualterus 17. seculo pag. 809. in Chron. jam recens in lucem editi in Hollandia, patre Jacobo Arminio quondam prædicante Calvinista Amstelrodamensium, postea in Schola Lugdunensi Batavorum Matæologiæ professore; hic opiniones suas evulgare, & publico scripto sua prodere non vult dogmata, sed antiquorum hæreticorum versutiam imitando, prius favorabilium prædicantium sibi colligit turmas, quibus secretò eadem commendat, atque communicat. In his articulis à reliquis Calvinistarum turbis secernitur, videlicet, in materia de justificatione, peccato, libero arbitrio, prædestinatione, in quibus (utinam per omnia) non nihil ad Catholicorum sententiam accedere vide- 1603.

videtur. Insuper suspectus est sapere aliquid Samosateni. Implacabile bellum est inter hos, & Gommarianos, ut ferme ad populares seditiones via sternatur, & sub concione tumultus penè quotidiani cieantur, ut refert Henricus Lancelotus Augustinianus lib. cujus titulus pseudoministerii, pseudoreformantium fol. 132. ad hos rumores sedandos pseudosynodus Dordracena congregata est, ut schismata inquit, tempestivè amoveantur, conserveturque unio Ecclesiarum reformatarum contra adversariorum calumniam, ut sæpius coram judicibus idem Arminius Hagam revocatus, excurrerit. Tandem ut quidam Arminianus Petrus Bertus in oratione publice habita Leidæ fatetur, Arminius à Gummarianis disputando oppressus, ex dolore morbum conciliavit, ex morbo mortem. Morbus autem non tam à natura, quam ab inferis excitatus est, ut idem dicit, illum vexantibus febri, tussi, hypochōdria, asthmate, atrophia, arthritide, doloribus intestinis, ilio, & colo, cum obstructione optici sinistri, ut exclamare cum gemitu auditus sit: Væ mihi mater mea, quare genuisti me virum discordiæ in universa terra. Post mortem inter cætera hoc monumento, & Epicedio est decoratus à Gummarianis Calvinistis. *Iacobus fuit Arminius vani orbis amicus, E Calvinistis heresiarcha novus.* Et Rodulphus Winwod Jacobi Regis magnæ Britanniæ legatus Hagam veniens, ut cum Statensibus prædictas dissensiones sopiret, dixit, idcircò missum à Rege, de rogando vos, inquit, suo nomine, ut omni modo possibili, annitamini extinguere opiniones extravagantes, quas phantasia, vel adinventione quadam, nimis insolenti Arminius venditaverat in scholis vestris, utque earum memoriam, una cum ipso auctore in sepulchrum defodi, & sepeliri faciatis. Hæc legatus apud Cudsemium in refutatione quadripartiti examinis c. 32.

Mos hæreticorum reprehensus, & damnatus à Tertulliano lib. de Præscript. & ab Augustino tract. 97. in Ioannem & Lirinen. contra prophanas vocum novit. cap. 26.

ARRHABONARII.

ARrhabonarii sic dicti ex Staphylo, quòd asserāt Eucharistiā dari credentibus, tanquam arrhabonem corporis, & quasi investituram donati prædii, aut alicujus domus. Hanc hæresin multos in Polonia, & Transylvania edocuit Franciscus Stancarus. At umbras hi sectantes veritatem perdiderūt. Pertinent ad Sacramentarios. 1543.

Damnantur hi hostes transubstantiationis à S. Iustino Apol. 1. Irenæo lib. 4. c. 32. à Concil. Lateran. sub Innocentio III. Florentino & Tridentino citatis sæpius.

ATHEI.

ATheistarum nomen tributum est non solum iis, qui unius, aut plurium Deorum cultum abnegârunt, sed etiam illis, qui alio modo unum verum Deum aliter colere voluerunt, quàm se colendum ipse dixerit, & propterea nedum Diagoras, qui Deum negavit, & alii hujusmodi Athei dicti sunt, sed etiam hæretici à Patribus Ἄθεοι vocantur (ut patet ex Athanasio serm. 2. contra Arianos, Hieronymo epist. ad Pammachium, & Historia ecclesiastica, hist. tripar. lib. 5. cap. 39.) qui dum alio modo Deum colendum esse voluerunt, atque quam seipse colendum esse præcepit, non utique Deum coluerunt, sed id, 1576.

quod ipsi finxerunt, ut scripsit Augustinus. Sed Novatores etiam hoc duplici titulo notantur Athei, quod Deum negarint, vel ejus providentiam, aut negando infernum, vel animæ immortalitatem: & quod se ipsis ducibus utentes, quod voluerunt ex Philautia circa cultum credendum elegerunt.

Lutherus ergo in assertionibus de immortalitate animæ exilem ostendit habere sententiam, dum sic dicit (permitto, quod Papa condat articulos suæ fidei, & suis fidelibus, quales sunt, panem, & vinum transsubstantiari in Sacramento, Essentiam Dei nec generare, nec generari. Animam esse formam substantialem corporis humani; se esse Imperatorem mundi, & regem cœli, & Deum terrenum, Animam esse immortalem, & omnia illa infinita portenta, in Romano sterquilinio decretorum, ut qualis est ejus fides, tale sit evangelium, &c.) ut supra relatum est, & confutatum. Ad cap. 9. Ecclesiastes. *Mortui vero nihil noverunt amplius*, sic dicit (Nihil sentiunt, jacent ibi mortui, non numerantes dies, vel annos, sed excitati videbuntur sibi momento dormiisse.)

Anabaptistæ dixerunt, animam una cum corpore interire, & evanescere, donec totus homo suscitetur, ut scripsit Calvinus, unde in Thesibus Cracoviæ impressis anno 1568. in undecima, sic iidem clariùs suam mentem declararunt. (Negamus aliquam animam post mortem manere, sed illud dicimus excogitatum ab Antichristo, ad stabiliendam suam culinam, perfictum purgatorium, & invocationem sanctorum) vide quomodo Luthero concordent filii aliàs degeneres.

Calvinus verò quid de animarum nostrarum immortalitate senserit, satis expressit 3. instit. cap. 25. §. 12. ubi asserit eas manu Dei lacerari, & conteri, & 20. esse umbras, spectra, phantasmata, mortuas, idola. Alibi sic audies illum pronunciantem. (Animæ vita sine spe resurrectionis merum est somnium; Deus non dicit animas à morte esse superstites, quasi jam præsenti glória, & sua fruantur beatitudine. Qui resurrectionem convellit, animas immortalitate spoliat.) Calvini ergo sententia animę non sunt sua natura immortales, sed per accidens, nempe mediante corporum resurrectione, vel ejusdem resurrectionis spe, aut gloria, vel beatitudine. De reproborum verò animabus loquens eodem lib. ait. Quod (conteruntur, & annihilantur) in eadem psychopannichia, referente Rescio, asserere videtur homines, qui non sunt divinitate suffulti (qualis tantum fuit Christus) simul cum corpore, etiam in anima interire.

Idem Calvinus, quid sui etiam senserint, luculenter expressit, narrat enim scribens contra Gentilem, in Consistorio Genvensi hoc fuisse propositum. (Nullum melius compendium esse ad tollenda sanctorum patrocinia, preces pro mortuis, purgatorii figmentum & similia, quam si mortem, & interitum esse animarum crederent.)

Idem in instructione adversus libertinos in Gallia, sicut, & in Belgica, & Hollandia testatur, illum errorem latè sparsum, quod anima rationalis æquè ut corpus sit mortalis. Tale extitit semen Calvinianum, quod in Gallia satum, in aristas omni fide vacuas crevit, & cumulum non facientem farinam.

Budnæus in Lithuania novus Ebionitarum parens malè illum locum Levit. 17. exponens, ubi dicitur, quod *anima carnis est in sanguine*, probari, inde putabat vir crassi ingenii animas nostras

ſtras eſſe mortales. Cum tamen eo loco anima ſanguis non ſubſtantia, ſed ſignificationis cauſa dicatur, lege Senenſem in Biblioth. lib. 8. hæreſ. 3. ad ultimum argumentum.

Ex animarum immortalitate negata, conſequens fuit iſtos hæreticos in pietatem inſurgere, religionem oppetere; irreligionem, impietatem, finem, & ſcopum omnis hæreſeos introducere.

Damnatur hæc hæreſis Sapient. 3. Ezech. 13. & 18. Matth. 10. & 19. Marci 9. Luc. 16. & 23. Ioan. 12. Roman. 5. Galat. 6. 1. Tim. 6. 1. Petri 3.

Et à Patribus, Tertulliano de reſurrectione carnis cap. 34. Ambroſ. de bono mortis cap. 9. & 10. Cypr. lib. de mortalitate. Hilar. in pſ. 119.

Ex Symbolo Apoſtolorum, Concil. Nicæn. Conſtantinopolit. ubi carnis reſurrectio inter articulos fidei recenſetur, cum vita æterna, & à Concil. Lateranen. ſub Leone X. ſeſſ. 8.

Ex Philoſophis quoque refutantur: Triſmeg. in Pimandro cap. 1. Pythagorâ apud Plut. de placitis. Platone in Phed. & in Menone de legibus, & de republica. Ariſt. 3. de anima. text. 20. 12. Met. tex. 17. 7. Ethic. circa finem.

Ex ipſo quoque naturæ lumine rejiciuntur. Legatur Canus ultimo lib. de loc. Theologicis, legatur S. Thom. 2. contra Gentil. cap. 79.

Alia via compendioſiori alii proceſſerunt, ad introductionem Atheiſmi, videlicet, illi, qui Protagoram & Diagoram imitantes, & illis antiquiorem illum in Pſalm. 13. deſcriptum dixerunt. Non eſt Deus. De Beza Calvini diſciplinæ hærede, & ſucceſſore ſcribunt, referente Reſcio, in ſuis cantiunculis Jovam, Jovemque occinere ſolitum, & docuiſſe pariter licitum eſſe dubitare de rebus nedum utilibus, ſed ad ſalutem neceſſariis, ut an Deus ſit.

Bernardinus Ochinus in ſuis dialogis, ut dicetur latius infra, revocavit in dubium, an aliquis Deus ſit adorandus, & an habeat providentiam, quod virus ſpargens in Polonia, multos infecit. Unde & Cracoviæ, ut refert Alphonſus Piſanus repertus eſt homo perfrictæ frontis, qui in publica quadam Cacangelicorum diſputatione Deum eſſe negavit. Prodiit ibidem liber anno 1588. tali titulo inſcriptus. Simonis religio. In quo, ubi illius libri auctor negaſſet, Deum eſſe primam mentem, & primum motorem, & calorem eſſe affirmaſſet, tandem ſic ſuum intentum concluſit. Hoc eſt ergo Symbolum Theodorianum, E. Credo in tria, cœlum, atq; terram, in cœlum Patrem, atque Creatorem omnium, in terram omnium matrem, atque nutricem, & in cœli formam omnia ſentientem, & intelligentē; Ede, itaque ait, bibe, lude, jam Deus figmentum eſt.

Exiſtentia Dei etiam demonſtratur ex lumine naturæ, nempe ex rerum ordine, motu &c. de quibus legendus S. Thom. 1. contra Gent. c. 13. & 1. par. quaſt. 2. art. 3.

Ejuſdem divina Providentia etiam lumine naturæ demonſtratur. Lege S. Thom. 3. contra Gent. cap. 71. uſq; ad 78.

Deo autem abnegato, cum ſua admirabili providentia, quid mirum fuit, referente Vireto apud Reſcium, ſi ludimagiſtri Cacangelici paſſim occinerēt, eum eſſe beatum,

Qui metus omnes, & inexorabile fatum,
Subjecit pedibus, ſtrepitumq; Acherontis
avari?

Quid mirum præterea ſimorum conſequuta ſit corruptela.

Nam ut eleganter ſcripſit Auguſtinus

nus in Psalm. 9. & 13. Ubi Deus non est, ibi dolosa & fraudulenta consilia, velut curiæ locum obtinent, & huic principatui quasi satellites & ministri adsunt, quorumcunq; membrorum officia.

Sed, & reperti sunt quidam, qui in tanta varietate sectarum tandem in Atheos, & Epicureos sunt transformati, habentes religionem pro fabula. Hoc testantur ministri quidam Calviniani sub duce Casimiro in præfatione admonitionis suæ, de libello concordiæ. Idem testantur Philippus Mornay Calvinista, librum inscribens gallicè contra gallos, Atheos, Epicureos, & Mahometanos, & libellus alius inscriptus de justa regis abdicatione.

Ex Possev. de Atheismis in Biblio. select.

In Dæmonomania Bodini de Mago quodam refertur Tresiale nominato, quod interrogatus de complicibus in judicio fassus sit, in Gallia trecenta millia hominum esse, qui omni religione abrogata, diabolo se consecrarint, & inter hos aulicos, & potentes primatum tenere. Et hoc esse credibile, patet ex eo quod in suburbiis Parisiensibus repertos esse homines, qui Diis gentium sacrificarint, Baccho, & Veneri constanter asseratur à fide digno. Pro ludibrio, & fabula religionem habuisse Pappum, & Osiandrum scripsit Sturmius. Caspar Francken post multas Aquilonis oras pervagatas, ubi Poloniam appulisset, Theses quasdam proposuit, quarum summa hæc erat. (Nihil esse, nec quicquam excogitari potuisse rationi humanæ, communiq; sensui magis adversum, & contrarium quàm id, quod in universum docet fides Christiana) & si quis rectè expendat verba Lutheri in cap. 27. Genescos fidem definientis, reperiet illum universis Atheis viam parasse. Sic enim inquit (Fides est opinio, quæ fertur in id, quod nihil, quod impossibile & absurdum est.) Nihil ergo sunt, impossibilia sunt, absurda sunt, Luthero docente, quæcunque credit fides catholica. Hoc est fidem funditùs convellere.

Lege Rescium in Atheismis.

3. part. Ant. pap.

Tom. 6. Lat. Wittenb.

Verè gentilibus ipsis pejores, qui cum Deos suos non mutârint, isti veri Dei gloriam mutarunt in idolum. His affines sunt quidam, qui præcipuos fidei articulos abnegarunt. Gulielmus Coubricius in Anglia docuit, Christum Dominum non fuisse Redemptorem, sed deceptorem. De Danæo ministro Cacangelico refert Jordanes Theologus Parisiensis in sua responsione, quòd nec Deos gentium reciperet, nec Deum Christianorum, sanctam .s. & individuam Trinitatem. Natalis quidam Dornen, ex Genebrardo libellum edidit contra patriarchas, & prophetas, & Apostolos, quos omnes sciolus iste ludimagister Calvinista impostores, & falsarum religionum auctores appellavit. Wilhelmo Postello tribuit Henricus Stephani hanc Thesem defendisse. Quod nova fingenda sit religio, conflata ex Turcica, Mosaica, & Christiana. Rakovienses, & Losceenses ministri Lithuaniæ asserunt, totum mundum vero libro evangelii caruisse, & ejus veritatis lucem in hæc ultima sæcula revelatam. Franciscus David Claudipolitanus Thesi 5. scripsit religionem Christianam, usque ad excidium Hierosolymitanum perdurasse. Gualteri & Raulei schola de Atheismo, teste Andrea Philopatro in Anglia notissima fuit, ubi præceptore astronomo quodam, simul & mago erudiebatur juventus dicteriis, & facetiis tàm Moysi, quam

Ex Alano Copo in dialo.

Responsione ad edictum reginæ Angliæ.

Lib. contra Puritanos. quam Christi Domini legem eludere. & Wigiltus AngloCalvinista eam innumeris Atheistis plenam testatus est.

Hi omnes meritò fidei subversores vocantur, quorum odium, ut dicit Hil. 7. de Trin. Cum jam Dominum in cœlis sedentem, exemplo Judæorum in crucem agere non possit, pari tamen infidelitate hoc eum, quod est, deneget, & cum negare non possit, quæ dicta sunt, tamen dictis non obediens, odium impietatis exerceat, verborum lapides injiciat, &, si posset, de throno suo in crucem traheret.

In Castris Atheistarum non infimum tenent locum ii, qui honestiori vocabulo non Athei, sed Macchiavellistæ dici volunt, omnem divinitatem, animarum immortalitatem, futuræ vitæ expectationẽ tollentes, in terrã oculos declinantes, sese in carnis vitiis volutantes, nihil aliud, præter quod cernitur, esse credentes. Parum ab istis distant politici Polypo assimiles, qui sunt hæretici cum hæreticis, Catholici cum Catholicis, Turcæ cum Turcis, qui religionem quò volunt ducunt, nec à religione duci patiuntur, eandémque Politiæ non politiam eidem servire volunt.

Infra recensentur, & confutantur verbo Macchiavellista.

ANTITRINITARII.

1561. ANtitrinitarii sic dicti, quod Trinitariorum hostes se profiteantur, & hoc titulo ab eisdem discernantur. Confitentur Tres personas divinas in sanctissima Trinitate, sed vocabula Trinitatis, essentiæ, & hypostasis rejiciunt. Insuper easdem personas esse adorandas, dicentes, sed non Trinitatem. Hi in Polonia & Transylvania vagantur, in quorum numero à Rescio recẽsentur Czechovicvius Lublinensis præco, & Niemoievius.

Damnantur ex Concil. Tolet. 4. cap. 1. & 6. cap. 1. & 11. in confess. fidei.

AUGUSTINOBOEMI.

AUgustinoBoemi à quodam AugustinoBoemiæ oriundo dicti, referentibus Lindano & Rescio. Hic nugabatur cœlestes fores nondum reseratas, *a* sed reserandas fore extremo judicii die, unde consequenter purgatorium *b* respuebat, & suffragia pro defunctis. Sanctorum animas, *c* atque etiam damnatorum sub certis repagulis, usque ad eundem diem recludi affirmabat, ex illa famosa hæresi reticula nectens, quòd animæ sanctorũ ante corporum resurrectionem Dei faciem non intueantur: cui subscripsisse Lutherum aperte patet ex tomo 4. Jenensi fol. 43. dicitur negasse pariter *d* corpoream Christi Domini ad cœlos ascensionem, & sessionem ad dexteram Dei Patris. Inter anabaptistas à scriptoribus enumerantur licet inter Sacramentarios ab aliis collocentur. 1544.

a *Damnantur Hebræorum quarto.*

b *Secundo Machabæorum duodecimo.*

c *Et ab Augustino, Gregorio, & aliis Patribus, quos refert Joannes de Neapoli quæst. disputata 41 de visione beata animarum, & à Benedicto 12. & Concil. Florentino.*

d *Et à Symbolo Apostolico. & Ephes. 4.*

AUTOTHEANI.

AUtotheani sic dicti, quòd dogmatizent Deum Patrem solum esse 1560.

verum Deum, eundemque esse veram essentiam, & naturam, filium vero Patre esse minorem. Blandrata & Gentilis dicuntur hujus blasphemi erroris auctores. Sed & Budnæus in Polonia filium voluit esse αὐτόθεον, id est, à seipso Deum; ac proinde improprie dici Deum de Deo, lumen de lumine. Hæc ille edoctus à diabolo principe tenebrarum, falsitatum Architecto.

Damnantur in Symbolis Nicano, Constantinopolit. Ephesino, Chalcedonensi & Toletano superius allegatis.

B.

BATTEMBURGICI.

1550. Battemburgici à Joanne Battemburgo descendunt, viro ad seditiones nato, & ad templorum direptiones; unde & libello edito, cui titulum affixit (Nova practica gerendi belli) suos ad intestinum armabat prælium. Talia novi evangelii incunabula extiterunt, ut non nisi amabile pacis nomen abhorrens, undique martem spiraret, classicum caneret, ad arma conclamaret, & clangore funesto ad pugnas, ad cædes, incendia, prædationes, vastitatem mortales invitaret, totique orbi bellum nefarium intimaret. Propter quæ alii ipsorum fratres illos execrantur, suæque negant esse synagogæ, ut dicit Lindanus. Pertinent ad Castra Anabaptistarum.

Contra hanc coactionem novi evangelii lege S. Hilar. lib. contra Auxentium, & Arianos in verbis, Terret exiliis &c. & Lirin. lib. contra proph. voc. nov. cap. 6.

BELLIANI.

1556. Belliani à Bellio Montfortio ducunt originem, quod etiam Beza testatur apud Rescium, sed quæ sequantur errorem non attingit. Putat Lindanus eo nomine perstrictum à Beza, quod scripserit contra Calvinum, hæreticos non occidendos: nolens attendere quod, cum hæreticorum sermo, ut cancer serpat, ut dicit Apost. si quodcunque corporis membrum fæda lues ista semel infecerit, nullum sit efficacius remedium, nisi ut vel ustione curetur, vel sectione amputetur. Sunt Confessionistæ rigidi.

Damnatur hic error Exod. 17. Levit. 13. & ab August. ad Vinc. epist. 48. & à S. Thom. 2. 2. quæst. 10. art. 8. lege Alphons. de Castro. de justa hæreticorum punitione.

BEZANI.

Bezani, seu Bezitæ Sacramentarii 1556.
novi à Theodoro Beza, legum licentiato, natione Burgundo, originem ducunt. Hic propter dignos morte concubitus è galliis evadens Genevam appulit, ubi secundus à Calvino Genevensem cathedram rexit, & reformatæ quam vocant factus est religionis, verius superstitionis caput, pentapolitanus iste antistes, qui de sua antiqua salacitate minimè erubescens, obscænius de suo carneo Audaberto, quàm Pindarus, Anacreon, aliique prophani pedorastæ de suis Batyllis ac Theoxenis, descripsit amores, qui Typis evulgati, nedum in hortulis, in mulciolis, in Theatris, in scholis & templis, sed in triviis & compitis sunt decantati. Vulgare istud hendecasyllabum, in quo Parisiensis cujusdam sartoris candidam una cum Audaberto adeo esse ætim deperiit, ut prorsus ambiguus in principio hæreat, quem sui in amore turpique congressu anteferret; sed tandem concludens in Audabertum propendere, ex-

expreſsè confitetur. Hic honorificentius de ſuo Calvino, quàm de Chriſto loquutus eſt, cum quo *a* ſentit Chriſtum pœnas damnatorum ſuſtinuiſſe. Deſcenſum *b* ejusdem ad inferiores partes terræ detorquet ad uterum Virginis: rurſus inferos per ſepulchrum, & corpus per animam intelligit illud Act.2. *Non derelinques animam meam in inferno*, ſic vertens. (Non relinques cadaver meum in ſepulchro) ſymbolum Apoſtolorum Battologiſmi arguens, quod præter illum articulum, ſepultus eſt, additum ſit, deſcendit ad inferos. In articulis de SS. Trinitate & euchariſtia novas ſtrophas commentus eſt. Ubi enim Calvinus dixit, filium Dei eſſe è ſeipſo Deum, ut novum diverſumque à ſuo magiſtro aliquid mundo inveheret, per ſe *c* Deum debere dici pronuntiavit. Credere *d* autem dixit, eſſe carnem Chriſti *e* manducare, quod & Calvinus negat. & cum non poſſet ſui magiſtri Calvini portentoſa magiſteria defendere, quæ in ſua cœna confinxit, tanquam ad aſylum ad negandam Dei omnipotentiã cõfugit, teſte enim Heshuſio defenſionem contra Calvinum ſcripſit, Deum non poſſe efficere, ut corpus aliquod, manente ſubſtantia ſit abſque loco, vel in pluribus locis. Negat ex Lindano, *f* pro reprobis orandum. Nulla in iiſdem eſſe *g* peccata venialia, ſicut nulla, inquit, electis mortalia in comment. primæ Johannis cap.1. Satis trita ſunt encomia, quibus Priapeii idoli inſtaurator extollitur. A Bolſeco enim in vita ejus appellatur candida, & Audabertuli mancipium, propriæ ſobolis interfector. A Wilhelmo Holdero Cacangelico vocatur dementator, à Calvino tamen dementatus. Ab Heshuſio etiam hæretico vocatur epicurus, & blaſphemus ſcurra, communiter à nonnullis vocatur omnium Calviniſtarum poſt Calvinum anteſignanus. Genevenſis ſynagogæ Apoſtolus, furioſus Deus, qui fuſo Francorum cruore, reformatæ, quam dicunt, religionis fundamenta jacere molitus eſt, ut apparet in epiſt. ad Eliſabeth Angliæ reginam, cui novam à diabolo deberi Atheorum coloniam verè ſcripſit Lindanus. Genevæ animam egit 1605.13. Octobris. Cujus vitam deſcripſit Hieronymus Bolſecus hujus primò diſcipulus, poſtea catholicus.

a *Hic error ex ſcripturis, ex Patribus apud Feuardentium in theomachia lib.5. de Chriſto patiente refutatur, lege Epiphan. hær.31.*

b *Refutatur ſimiliter ex ſcripturis & patribus relatis ab Anaſtaſio Carmelita lib. attitulato, Calvini infernus.*

c *Damnatur Ioh.7. ego ex Deo proceſſi. Lege S.Thom. prima par. quæſt.27. art.1.*

d *In Concil. Trident. ſeſſ.13. can.8.*

e *Omnipotentia Dei habetur ex Symbolo Apoſt. & Nicæno, Scripturis Sacris Geneſ.17. 28.35.43. Matthæi 19. Marci 14.*

f *Et Num. 21. 2. Machab. 15. Matthæi 5. Iacobi quinto.*

g *1. Ioan.1. Matth.26. Act.8.*

BIBLISTÆ.

Bibliſtarum nomen iis præcipue ſectariis tributum eſt, quæ in dogmatibus probandis ſolum nudum textum proferri volunt, omnemque patrum expoſitionem rejiciunt, pro Theodidactis ſe venditantes, philoſophica ſtudia *b* damnant; mechanica opera extollentes, ad quæ ſub æternæ ſalutis periculo ſuos ſectatores aſtringunt perperam illud exponentes. *In ſudore vultus tui veſcéris pane.* quæ hæreſis ſic multos dementavit, ut venditis libris illorum pre- 1543. Gen.3.

pretia in vilissima instrumenta mechanicorum opificum coemenda converterent, Andreas Carolstadius, & Philippus Melanchthon fuerunt hujus sectæ auctores, qui non satis putantes, id studiosis adolescentibus suasisse sermone, non dandam operam philosophiæ, omnes libros Vulcano tradendos, uni bibliæ vacandum lectioni, nec fas esse, hominem christianum cõtemplationi divinorum intendere &c. suo etiam exemplo animarunt. primus enim agriculturam, secundus pinsendi panis in pistrino artem exercuisse perhibetur. Digni certe ecclesiarum præpositi, qui cum vomere, aut mola asinariâ in conciliis sederent ad pronuntiandum de fide, vel fidei disciplina. Ex Luthero hauserunt hunc errorem, ut patet ex epistola data ad nobilitatem germaniæ anno 1520. de qua Florentimundus lib. 1. cap. 15. & Gaulterus verbo biblistæ pag. 806. pertinent ad molles Confessionistas.

a *Damnantur, 1. Timoth. 6. 1. Corinth. 10. & 15. & 2. Thessal. 2. & à S. Dionys. de eccles. hierarch. c. 7. p. 3. Euseb. lib. 3. c. 12. Traditiones prædicantibus.*

b *Damnantur 3. Regum. 3. Daniel cap. 1. Actum 17. & à S. Basilio hom. quomodo in doctrinis gentilium proficere possint adolescentes. S. Thom. opusc. contra impugnantes relig. c. 12.*

BIDEITÆ.

1570. Bideitæ qui & Duitæ sic dicti, quod duos fateantur Deos Patrem, & Filium etiam patre minorem, Spiritum Sanctum etiam Deitate spoliantes, eo quod inquiunt, de illo nihil sit revelatum. Propter quod alio nomine vocantur, scilicet Pneumatomachi, id est Spiritui Sancto bellum inferentes, ex Alphonso Pisano in præfatione in acta concilii Nicæni, & Coccio tom. 1. lib. 1. art. 6. horum dux perhibetur fuisse Petrus Goniezius, cui Jarnovius successit. Vigent in Lithuania, & in aliqua parte Russiæ, & ad distinctionem Nearianorum in eadem Lithuania semiariani nuncupari solent. hoc modo iterum revixerunt enecatæ hydræ novella germina. Pertinent ad Trinitarios.

At Unitatem essentiæ cum trium personarum pluralitate, & æqualitate prædicant sacræ literæ Matth. 16. Luc. 1. Ioh. 14. & 15. Act. 2. Galat. 4. Ephes. 3. 1. Petri 1. 1. Ioh. 4. Concil. Nicæn. Tolet. quarto cap. 1. & 6. cap. 1.

BIFIDI.

Bifidi sic dicti, quòd dogmatizarunt, quemlibet tuta conscientia duas fides posse profiteri, unam Romanorum, protestantium alteram; nec ullo modo religionis unitati diversas fidei professiones, & cæremonias officere posse, modo populus divini judicii fide, & Dei timore, in officio contineatur. 1560.
Unum eundemque Deum esse qui pari fide colatur, tam à Romanis, quàm protestantibus, eundemque esse cultum, etsi diversum ritum. Extat de hac hæresi anonyma exhortatio ad Galliarum regem anno 1561. descripta, ut duæ in eodem regno fides admittantur. Sed quidam alii apud Polonos tertiam addidere fidem, ternas religiones docentes debere tolerari in regno, Romanam, Lutheranam, Calvinianam, cui malo egregiè restitit Hosius, ostendens illud exitium in Polonia, trium fidium tolerantiam pariturum, quod in Galliis peperit duarum solummodo fidium conniventia. Sub politicorum castris locandi sunt illi, sub vexillo secundi, vel tertii, quem confinxerunt Dei,

Dei, quem ignoraverunt parentes eorum. Adversus hanc hæresim egregie scripsit Pamelius libello inscripto de religionibus diversis non admittendis in regno, Provincia, Civitate &c. hæc hæresis ab impietate ariana descendit, ut patet ex disputatione Gregorii Turonensis contra Agilanem legatum arianorum; dicentem non deputari crimini, si hæc, vel illa colantur, allegando vulgatum, ut ipse dicebat, sermonem revera impium. Non esse noxium, si inter Gentilium aras, & Dei Ecclesiam, quis transiens utraque veneretur.

Sed Matthæi 12. & Lucæ 11. dicitur à Christo Domino. Omne regnum divisum contra se desolabitur. & Matth. 6. nemo potest duobus dominis servire, & Ephes. 4. dicitur, unus Dominus, una fides, unum baptisma, & Cypr. epist. 55. Nulla societas fidei, & perfidei esse potest.

BINDERLIANI.

1544. Binderliani unde exorti sint ignoratur, putant Prateolus & Rescius, à Bindero quodam ministro Anabaptista progenitos. hic ut cæteri hæretici, miraculis destitutus non valens sua somnia suadere, ad astutiam novorum dogmatum parentem confugit. Nocturno siquidem tempore in cænosam paludem vivos pisces asportans; habita apud rusticos postridie concione, expansis retibus pisces clancularios extrahebat, invocato prius Christi nomine, quem testem per miraculum suæ doctrinæ expetebat. Quare ingenia rusticana attonita, nedum Binderlianæ doctrinæ adhæserunt, sed novo fictoque Taumaturgo divinos honores tribuerunt, plenis hordeaceæ cerevisiæ cadis, tribus diebus ac noctibus illi sacrificando. Sed adeo infimæ notæ, etiam inter sectarios, hi fuerunt existimati, ut notat idem Rescius, ut nec inter alios ministros & doctores suos, tanquam viri alicujus nominis habeantur. Pertinent ad Anabaptistas.

Mos fuit hæreticorum miraculorum notæ destitutorum, præstigiis, mendaciis, & fictis miraculis sua colorare, ex Damasceno lib. de 100. hæresibus circa finem. Epiphanio hæres. 60. & sexta syn. act. 15.

BISACRAMENTALES.

Bisacramentales sunt, qui avulsi à Lutheri corpore solummodo Baptismum, & eucharistiam, quam cœnam Domini vocant, inter Sacramenta ponunt. Sic sentit maxima pars Illyricanorum. Pertinent ad rigidos Confessionistas. Pugnam inter Illyricum & alios Confessionistas lege in Surio anno 1549. 1549.

Septenarius Sacramentorum numerus definitur in Concilio Florentino in litteris union. & Tridentino sess. 7. can. primo.

BLANDRADISTÆ.

Blandradistæ, de quibus fit mentio in lib. ministrorum Transylvaniæ contra Trinit. libr. 1. cap. 1. suam originem habent à Georgio Blandrata Italo, & Johanne Secusio Transylvani Principis medico. Dogmatizarunt *a* hi impiissimè ab Apostolis solum Deum Patrem, & unum hominem Jesum Christum fuisse prædicatum, sed postea à Catholicis excogitatam Trinitatem, & duos proinde in mundum Christos invectos. Prænuntiatum *b* etiam ajunt ab eisdem Apostolis, illico post Ascensionem Antichristum venturum, & Ecclesiam aboliturum; & de 1560.

facto id jam contigisse, ut modo Christi *c* regnum funditus interierit. Idem Georgius cum Petro Statorio, aliisque ministris Calvinianis, & Bezanis sociis sibi adjunctis in Transylvania, & Polonia non erubuit asserere tres personas esse *d* tres Deos, non minus inter se, quam sint tres homines diversi, & hujus doctrinæ testes & autores Calvinum, Bezam, & Calvinianæ sectæ primipilos faciebant, propter quod Beza Statorium acerbe perstrinxit, ut patet in suis epistolis ep. 16. Hac auctoritate graviter indignatus ne apud Genevenses aliqua notaretur infamia. Ferunt Georgium istum à nepote proprio præfocatum, dignam ex parte pro tanta Blasphemia retributionem. Pertinent ad vexilla Trinitariorum. Lege Richeomum lib. 3. idololat. Hugo. cap. 4.

a *Sed iisdem locis scripturæ, quibus Bitheitæ confutantur.*

b *Damnantur ab Apostolo 2. ad Thessalon. cap. 3.*

c *Et Lucæ capitulo primo.*

d *Damnantur iisdem auctoritatibus quibus Trinitarii infra.*

BOQUINIANI.

1561. BOquiniani, seu Boquini à Boquino, ex Heshusio apud Rescium, ducunt originem, dogmatizarunt Christum pro solis justis mortuum, ac proinde ab his tantummodò in eucharistia manducari. Pertinent ad castra Sacramentariorum. Contra hos ex Genebrardo idem Tilmannus Heshusius invehitur; sic veritas ab inimicis etiam probatur.

Damnantur ab Apostolo 2. Corinth. 5. pro omnibus mortuus est Christus, & Roman. 5. si enim cum inimici essemus reconciliati sumus, &c. & à Trident. sess. 13. c. 7.

BRENTIANI.

BRentiani à Joanne Brentio (alioqui Lutherano) progeniti sunt, qui, ut præsentiam Christi Domini in eucharistia salvarent, *a* & transubstantiationem tollerent ad monstruosam opinionem confugere coacti sunt, dicendo Christi corpus post ascensionem in cœlum ubique esse, ac proinde in pane manducari, dum panis editur. Unde Ubiquetariorum princeps à Beza habetur, dogmatizavit etiam in baptismate originale tantum peccatum dimitti, *b* non tamen omnia, manente fomite, illudque propriè peccatum esse, licet à Deo non imputetur. Evangelicam legem non *c* habere propriam legis rationem. Evangelium nihil aliud esse, quàm certam annuntiationem de filio Dei, quod sit tantum delictorum *d* expiator, & non legislator. Auctor habetur confessionis Wirtembergensis, contra quam Catholicam confessionem opposuit egregius frater noster Petrus Soto Caroli Quinti à sacris confessionibus, quam etiam à Brentianis prolegomenis tutatus est; cujus etiam venerabilis viri patrocinium suscepit Cardinalis Hosius eadem prolegomena confutando, & insolentiam Vergerii hæretici, qui coram Sigismundo Poloniæ Rege eadem defendenda susceperat, fortissimè reprimendo. Numeratur hæc secta inter reliquas Semi-Lutheranas. Lege Fr. Alphonsum Fernandez in concertatione Prædic. an. 1550. 1550.

a *Damnatur Ubiquitatis dogma Matthei ultimo. Non est hic surrexit &c. Ioan. 11. Non eram ibi &c. & ex Augustino, Chrysost. Cyrill. Theophil. exponentibus illum locum Ioan. 3. Nemo ascendit in cœlum, &c.*

b *Da-*

b *Damnantur etiam Romanorum* 8. *Nihil ergo damnationis est in iis, qui sunt in Christo Iesu. & Hieronym. epistola ad Oceanum. August. primo contra duas epistolas Pelagianorum cap.* 10. *Et in Concilio Trident. sess.* 5. *can. ult.*

c *Damnantur Ieremiæ* 31. *Romanorum* 3. *Hebræorum* 2.

d *Damnantur Isaiæ* 33. *& in Concil. Trident. sess.* 6. *can.* 21.

BUCERIANI.

BUceriani à Martino Bucero (è Dominicano instituto transfuga) sic dicti, hic, ut in religione Christiana parum sibi constans fuit, veram fidem, & religionem fidei propugnatricem deserendo, sic & in hæresi inconstantissimus est repertus, nam è Lutheri secta, cui nomen dederat apostata ad Zvvinglium convolavit, rursùm à Zvvinglio ad Lutherum accessit, scripsit ejus rei causâ epist. ad Norinberg. & Estingem. hoc Bucero tribuitur, quod primus suaserit Luthero, corpus & sanguinem, Christi tantummodo esse in *a* usu sacramentali, cui subscripserunt capita Lutheranæ & Zvvinglianæ factionis in Wirtemberg. pseudosynodo an. 1536. quæ pro concordia eorum indicta erat, ut dicit Sanderus, & habita fuit in ædibus Lutheri, ex Philopatro citante Funccium & Lavaterum Lutheranos scriptores. Verba *b* consecrationis sic interpretatus est, Hoc est &c. id est, Hoc est protestatio, & memoriale beneficiorum Dei. Fœdus *c* nuptiale docuit posse dissolvi (ex Alano in dialogis) etiam ob minutissimas causas, quandocunque, & quomodocunque conjuges inter se ita dissident, ut reconciliari nolint. Cum Petro Martyre apostata Angliam evocatus illius temporis, & Regni Eduardi maximus extitit corruptor. Et ut erat Judaico sanguine cretus à vento paternæ suæ traditionis ab hæreticismo tandem in Judaismum, ut nebula sine aqua est asportatus, nam vivens usuras licitas esse defendit, & moriens, num Christus esset verus Messias dubitavit. Sic multipliciter filius diaboli deprehensus est, religionis jugum frangens, dicendo non serviam, & Judaica arma assumens à diabolo mutuata, quem num Christus esset filius Dei hæsisse, compertum est. Dicitur à Diabolo tam illustre ejus membrum fuisse strangulatum: unde sic cecinit Andreas Trudius 34. epigram.

Mortuus obtorto reperiris Bucere collo,
Et versa occipitis, sincipitisq; vice,
Nunc interna patēt, externis crimina signis,
Vitaq; quod texit, mors patefecit opus.
Quam bene sic torto reperitur apostata collo
Respiciens retrò missa ad aratra manu.

Pertinent ad Sacramentarios.

a *Damnantur* 1. *Corinthiorū* 10. *à Conc. Nican. can.* 14. *alias* 18. *& can.* 13. *à S Basil. epist. ad Cæsariam, à S. Ambros. in obitu Saty. & à Concil. Trid. sess.* 13. *cap.* 1. 3. *&* 6. *& can.* 4. *&* 7.

b *Veram interpretationem tradunt Concil. Florent. in lit. unio. & Trid. ead. cap.* 1.

c *Matrimonii indissolubilitas habetur ex Scripturis Genes.* 2. *Matth.* 5. 5. *&* 19. *Romanorum* 3. 1. *Corinthiorum* 7. *Ex Canonibus Apost. can.* 48. *Iustino & Antenagora Apol. pro Christianis, Clem. Alexand.* 2. *Strom. Tertullian.* 4. *contra Marcio. Concil. Milevit can.* 17. *Floren. in instruct. Armen. Trident. sess.* 24. *can.* 6.

BUDNÆITÆ.

BUdnæitæ, qui & novi Ebionitæ à Simone Budnæo orti sunt. Hic dogma- 1583.

gmatizavit *a* Christum non esse ab æterno Deum, centum viginti scripturarum loca ad suam hæresim adstruendam depravans. Spiritus Sancti *b* pariter Deitatem negavit, undecim falsans scripturæ loca. Articulum Descendit de *c* cœlis, nihil aliud dixit significare, quam conceptionem de Spiritu Sancto, sanctificationem, & annuntiationem voluntatis Dei per miraculorum exhibitionem. Non esse afflatum *d* Matthæum Spiritu Sancto, adducentem illud testimonium Isaiæ: *Ecce Virgo concipiet*, ad ostendendam Virginitatem Mariæ Dominæ nostræ; cum legendum, inquit, sit, Non ecce Virgo, sed ecce juvencula cum Hebræis, vel ecce prægnans cum Castilione. *e* Ordinem Evangelistarum sic immutavit, *f* ut primo Matthæus, mox Marcus, & Joannes, Lucas demum, cum Actis ab eodem descriptis sequatur. Dixit in libris novi *g* Testamenti, multos reperiri errores & falsitates. Latinam vero editionem minus falsatam *h*, quàm Græcam, vel Sclavonicam. In Lithuania hæc secta vagatur. Pertinent ad Antichristianos, quorum parentē facit Lindanus Adam Pastoris Anabaptistam.

a *Damnantur Ioan.1. & ad Hebr. ult.*

b *Actuum 5. & 1. Corinthiorum 3.*

c *Ioan.3. & cap.6.*

d 2. *ad Timotheum* 3.

e *Illud nomen. Significat adolescentulam Virginem, de qua re legendi Galat. lib 7. Arcan. cap. 15. Adrian. Fin. lib. 2. flagell. c.6.*

f *Sed non hoc ordine ab Innoc. Gelasio Florent. Trident. in supputatione canonicorum librorum recensentur.*

g *Ab iisdem damnātur hic error, dum ut divinitus inspirati canonicas scripturas tradunt.*

h *Vulgatæ autoritatem tradit Concil. Trident. sess. 4. cap. 1.*

C.

CACANGELICI.

CAcangelicos vocat Hosius, qui relicta catholica religione Evangelicorum nomen sibi usurpant, quæcunque secta sit, quam illi sequuntur. Verum hoc nomen genericum est commune omnibus novatoribus. Hic autem speciales sectas recensemus. *Generalissimum nomen sectarum.*

CALVINISTÆ.

CAlvinistæ à Joanne Calvino, Patria Noviodunensi, in Picardia orti sunt. Hic intellectâ novi Lutherici Evangelii in Germania, libertatem carnis promittentis, propagatione, Canonicatum Noviodunensem, stationem, domum, patriamque relinquens, ad lætum illud carni, & sanguini Evangelium amplectendum convolavit. Scribit tamen Hieronymus Bolsecus primò discipulus Calvini, postea Catholicus. Calvinum ante ab Episcopo ob peculatum, & præposteram libidinem convictum, excommunicatum, & proscriptum, stigmate in tergo notatum, exulare coactum. Scribitur à Cudsemio, circa Lusannam, Basileam, Genevam primo oberrasse, Argentoratum postea in Germania lustrasse. At videns Lutheranismum altas ibi fixisse radices, felicioribus auspiciis Genevam iterum redire statuit, ubi postea informe, quod pepererat monstrum sua impia lingua iterum reformaret, & educaret. Erecta igitur Genevæ à pseudo isto Apostolo cathedra pestilentiæ, universæ Ecclesiæ clericis, laicis, subditis, principibus, viventibus, mortuis, viatoribus, & Sanctis cum Christo regnantibus bellum indixit. Præter commu- 1536.

munes alias quas seminavit hæreses, circa materiam justificationis, Sacramentorum, cæremoniarum, &c. sustulit ex Symbolo *a* Apostolorum articulum, Descendit ad inferos. Inferni dolores animam Christi passam esse *b* scripsit: de salute desperasse. Eundem à se Deum voluit prædicandum, & non cum Symbolo Nicæno, Deum de Deo, lumen de lumine confitendum *c*. In Eucharistia figuraliter, & spiritualiter, & sacramentaliter tantum ait mãducari Corpus Christi, ita ut Corpus in cœlo degens, per arcanam spiritus sui influentiam, carne sua fideles pascat *d*. Statuit Deum auctorem peccati, *e* idemque facinus Deo, satanæ, homini assignari non esse absurdum. Innumeri hujus recensentur errores à Balduino olim Calvinista, Claudio de Sanctis, Francisco Feuardentio in Theomach a Calvinistica, Petro Cudsemio tractatu de desperata Calvini causa, ut omittamus Hosium, Lindanum, & alios nostri seculi scriptores catholicos, ad quos legendos lectorem transmittimus. Adeo ex effrænatâ suis conscientiæ libertate permissa, hæc secta invaluit, ut quotquot hodie Libertinorum, Asotorum, Epicureorum, Politicorum, Atheorum, transfugarum, rebellium pene è cunctis urbibus, orbisque Christiani Provinciis, greges discurrunt, è Calvinico specu erupisse non sit ambigendum. Pediculari morbo oppressus, quasi araneus in stercore suo (ut de Herode, & Antiocho legimus) computruit amicis omnibus in fugam se conjicientibus, Deo, & hominibus, Catholicis, & hæreticis, (nempe Westphalo, Lasco, Molinæo, Illyrico, & aliis) infensissimus, cujus damnata memoria in perpetua maledictione erit. Pertinet Calvinistarum secta ad Castra Sacramentariorum.

2. inst. cap. 16. §. 18.

Defens. 2. contra VVestphalum.

2. inst. cap. 16. §. 18.

a *Damnantur ex Patribus adducendis infra cum de Symbolo agemus.*

Damnantur etiam Isa. 53. 1. Petri 2. Vide Feu-ardentium in Theom. lib. 5. de Christo patiente cap. 8.

b *Damnantur Romanorum 3. 1. Corinthiorum 1. Ephes. 1. 1. Petri 1. Apocal. 1. Iustino in dial. Cyprian serm. de passion. Tertullian. contra Iudæos, Fulgent. lib. 3. ad Trasimundum cap. 17.*

c *Damnantur iisdem Scripturæ locis, quibus Authoteani supra repressi sunt.*

d *Sed verum Christi corpus sumi, habetur ex Cyprian. serm. de Cœna, Emisseno hom. 4. in pascha, Chrysost. in liturg. August. serm. 28. de verbis Domini, Ambros. de iis, qui initiantur Myste. Trident. sess. 13. cap. 4.*

e *Damnantur Sapient. 11. Eccles. 15. Psal. 5. Roman. 9. Iacobi 1. Trident. sess. 6. cant. 6.*

CALVINISTÆ Caussarii.

CAlvinistæ Caussarii, sive Consistoriales à Petro Carpentario, apud Rescium, Pacificis è diametro oppositi sunt, qui veluti furiales vultures avide cadaveribus inhiantes adunco rostro pungunt, lacerant, perforantque pectora; & legum perduelles, publicæque pacis infensissimi non nisi sclopo-rum, æneorumque tormentorum globis, armorum strepitu, suum Evangelium disseminari procurant. Præter horum religionis prætensæ reformatæ genium, ingenium etiam Martium turbulentum, tumultuosum furoris, & bellorum facem, atrocia, funestaque bella ab illis illata, Gallia sustinuit. Tale fuit, quod contigit 1572. ut & aliud, quod Lutetiæ Batavorum exarsit 1579. Adeo truces sunt, ut Deum, nedum homines despiciant, Catholicis insolenter in-

1572.

insultent, eorumque sanguine tingantur, sacerdotum necem sacrificium putent, bonis omnibus sint terrori. Unde, & quidam recte scripsit :. Qui Caussarios novit, furias infernales novit. Pertinent ad Sacramentarios.

Bene illis quadrat, quod scripsit Athanas. Apol. de fugâ suâ. Sitibundi sunt, avidique sanguinis humani. Et postea. Plane hac ipsorum opera declarant, ostenduntque eorum animos feris efferatiores, & Babyloniis crudeliores esse.

CALVINISTÆ Liberi.

1570. CAlvinistæ Liberi sic dicti, quod decretis consistorialium Calvinicolarum parere detrectant; medii sunt inter pacificos, & Consistoriales; cum pacificis cædes abhorrent, sed illas inferunt, & licitas putant; à Consistorialibus vero imperatas impias reputant, & libero homine indignas clamant. Secta sunt Sacramentarii.

Verum versutiis suis veluti sagenis comprehendunt, quos morti destinent. Athanas. supra.

CALVINOMASTIGÆ.

1566. CAlvinomastigæ sic dicti, quod sectæ Calvinistarum illorum, qui adamussim doctrinam sequuntur Calvini in materia Eucharistiæ adversantur, quodammodo Zvvinglianorum errorem renovantes, Calvinianam vero & Bezanam doctrinam reformantes. Auctor horum est Ludovicus Alemanni Italus, qui in thesibus Lugduni promulgatis, ut dicit Claudis Sanctis, etsi cum Calvino fassus sit (Nullam in Eucharistia dari substantiam Corporis Christi ad manducandum) statuit tamen contra Calvinum (Neque dari per fidem, sed incomprehensibili quodam modo) cōtra quam doctrinam illico Calvinistarum synagoga insurrexit. Pertinent ad Sacramentarios.

Sed verum Christi Corpus in sacra Eucharistia contineri tradunt Patres supra citati Cyprian. Emiss. Chrys. & definit ecclesia in Trid. ubi supra sess. 13.

CALVINISTÆ Pacifici.

CAlvinistæ pacifici vocantur à Petro Carpentario Calvinista, apud Rescium, omnes illi Calviniani, qui dogmata Calvini tuentur, sed per omnia detestantur ea, quibus publica pax turbari possit. Solent hi alias Jacobini nuncupari ex Zacharia Boverio de sym. veræ Relig. tom. 2. examine primo Luther. & Calvin. Similiter vocantur Calvinistæ Politici. Pertinent ad Sacramentarios. 1560.

Indigni sunt nomine Pacificorum, qui Ecclesiæ scindunt unitatem, qui si essent filii pacis requiesceret super eos pax DEI, unde Hil. contra Arianos; Speciosum quidem est nomen pacis, & pulchra est opinio unitatis: sed quis ambigat eam solam Ecclesiæ, atque Evangeliorum pacem esse, quæ Christi est?

CALVINOPAPISTÆ.

CAlvinopapistæ, alias Antipuritani, seu AngloCalvinistæ, ex Rescio, sic dicti, ad distinctionem Calvinistarum Puritanorum, qui etiam in Anglia degunt, eo, quod in multis dogmatibus, & cæremoniis ab iisdem dissentiunt. Quantum ad dogmata Puritani puram 1560.

puram putam doctrinam Calvini sectari se profitentur. AngloCalvinistæ de cœna cum Zvvinglio sentiunt, illi Crucem abhorrent; Hi tanquam trophæum Christi venerantur. Illi nolunt in Ecclesia ullum officiorum, & dignitatum ordinem, & distinctionem; hi vero juxta veteris Ecclesiæ formam etiam redditus, cum titulis Episcopatus, Archiepiscopatus, &c. retinere voluerunt, juxta normam præscriptam à Regina Elizabeth; cum eorundem habitu, insigniis, quos iisdem cæremoniis initiari edixit, statuens etiam apud eosdem causas matrimoniales deferri, reclamantibus ministris Puritanis, qui ea de causa scripsere ad ministros suos confratres Galliæ, Helvetiæ, Sabaudiæ, num hoc Reginæ jugum ferendum esset. Sed frustra consultatio extitit, Regina inviolabiliter sua decreta servari mandante. Amplius à Puritanis vulgaria pocula propinantur in sua cœna, ab AngloCalvinistis calices. Ab illis cantus, organa, vestes exsufflantur, ab istis recipiuntur. Illi nulla festa celebrant, isti aliqua, unde propter istas observationes à Puritanis AngloCalvinistæ Catholicorum Simiæ vocantur. Ad hos revocari possunt ii, qui à Sandero Parlamentarii vocabantur, qui, ut pro Episcopis haberentur, brachium seculare invocare coacti sunt, ut laici magistratus confirmationem in futuris Comitiis acciperent, cujus auctoritate si quid minus gestum esset, in priori inauguratione ipsis à Regio parlamento condonaretur. Sub hac secta hodie castra metatur Jacobus Angliæ Rex, ut patet ex præfat. monitoria ad Imperatores, Reges, &c. fol. 58. edit. Ambsd. ubi odium in Puritanos exprimit, & laborem suum exponit exhibitum ad Episcoporum, & Ecclesiasticæ Hierarchiæ, inquit, defensionem, & Puritanorum Anarchiæ expugnationem. Lege infra in Pseudosynodo Anglicana anno 1603. & 1604. Pertinent ad Sacramentarios.

Cyprianus vocat hæreticos merito Simias Catholicorum ep. ad Iubajanum, & propterea velle etiam ipsos habere mysteria. Sed non mirum cum eorum pater Diabolus ut dicit lib. de præscription. Tertull. RES Sacramentorum nostrorum in suis mysteriis æmulatur.

CALIXTINI.

Calixtini sic nuncupati sunt quidam sectarii, qui multis cæremoniis, Catholicorum Simias se exhibentes, in usu quem prætendunt calicis, iisdem obstinate repugnant. Unde in eo vitam esse putantes, in Bibliis, cathecismis, tabernis, crateribus, aureis litteris illa verba exarabant. Bibite ex eo omnes. In annalibus annos à restituto calice recensebant. Horum capita fuerunt Petrus Dresdensis, & Jacobellus Misnensis. Inter SemiLutheranos recensentur, in calicis usu Luthero adhærentes; in reliquis (quas recipiunt) Catholicorum cæremoniis eidem per omnia adversantes, usque ad sua tempora vigere, testatur Rescius in centuriis. 1561.

Damnatur hic error Ioan. 6. 1. Corinth. 10. Act. 2. & à Leon. sermon. 4. de Quadrag. & ordine Romano. Concil. Constantien. sess. 3. & Basiliens. sess. 30. & Trident. sess. 13. cap. 3. & 21. can. 1 Lege S. Thom. 3. p. q. 80. ar. 12.

***

CAMPANISTÆ.

1532. CAmpanistæ à Joanne Campano Juliacensi originem ducunt, qui verba consecrationis, sic est interpretatus, Hoc est, i.e. hic panis est creatura corporalis à me creata; propterea meum corpus appello, ex confess. Mansfeld. apud Lind. Insuper antiquas hæreses Sabellii, Arii, Macedonii renovavit, qui propterea carceri mancipatus Cliviæ, cum sæpius suum egressum prophetasset, semper illusus remansit. Lege Surium anno 1532.

Hæc extorta expositio Fidem transubstantiationis oppugnat, quam tamen Ecclesia catholica definivit, ut patet ex Concil. Lat. sub Innoc. III. Flor. & Trid. supra citat.

CAROLSTADIANI.

1522. CArolstadiani sic dicti ab Andrea Carolstadio Archidiacono Wittenbergensi fidissimo Lutheri Achate, initio suæ apostasiæ, postea ejus æmulo, cum enim nimis absurdum videretur illi, ut Eucharistia secundum fictionem Lutheri ex pane tritico, & vera Christi carne constaret, illud absurdum pariter dogma commentus est, ut diceret, panem quidem manducandum à Christo proponi, verba autem illa, Hoc est, &c. non ad panem Eucharistiæ, sed ad Corpus Domini mensæ assidens pertinere, ut sensus verborum esset. Hoc est &c. Corpus meum, quod pro vobis datur, est hoc, quod hic assidet mensæ; unde & Berengarii errorem aperte renovavit, Christi Domini præsentiam sub speciebus panis non agnoscens. Scripsit aperte contra Lutherum, cui ipse respondit libello, cui titulum affixit. Contra cœlestes Prophetas. Et cum eodem, alii sui discipuli scripserunt, Urbanus Regius, & alii. Ejusdem Lutheri opera, è tota Saxoniæ Ducum ditione proscriptus est. Hic primus inter omnes sacerdotes Germanos uxorem verius scortum duxit, prius variis studiosorum Wittembergensium osculis suaviatam. In quibus incestis nuptiis Lutherani nedum epithalamia novello conjugato cecinerunt cacangelico spiritu digna, sed etiam missa celebrata est, & officium à Lutheranis compositum, sed tale ut oratio eorum fieret in peccatum. Non reliquit post se multos sectatores, nam Calvinus, Zvvinglius illi palmam præripientes, longius progressi sunt, doctrinam ejus polientes, & dogma impium excolentes, ut eorum diligentia fœcundior postea extiterit genitura. Ex Surio, Lind. Geneb. Sandero, Rescio, Florim. l. 1. c. 15. & 2. c. 7. Gaultero. Pertinent ad Sacramentarios.

Contra hanc hæresim lege S. Iustinum apol. 1. Irenæum lib. 4. cap. 32. Guitmundum Aversanum. Definitionem etiam Concilii Lateranen. Florent. & Trident. locis ut sup. Porro hæresis ista Berengarii ante damnata est in Conc. Rom. sub Nicolao II. & ab Vrbano II. in Concil. Placentino.

CÆLESTES PROPHETÆ.

CÆlestes Prophetæ vocati sunt à Luthero lib. 6. contra cælestes prophetas, qui somnia sua jactabant, credentes non verbo Dei quod scriptura loqueretur, sed quod, ut dicebant, in corde hominis internus spiritus testaretur. Horum Dux, ut dicit Hosius, Muntzerus præcipue creditur. Lege Surium anno 1525. & Resciu. Pertinent ad Anabaptistas. 1525.

Da-

Damnantur Scripturæ locis infra verbo Enthusiastæ adducendis.

CENSORES.

1566. CEnsores vocat Ederus 2. par. Cacangelicæ Inquisitionis tom.4. eos, qui singulis reformatæ, ut vocant, Religionis articulis suas censuras consuunt, virgula censoria decernentes quid credendum, quid respuendum, ea tamen lege, ut liberi sint lectores ad eas acceptandas, & refutandas. Sub speciosis titulis ad homines inescandos, tales censuræ typis mandatæ sunt, videlicet Conditiones pacis. Methodus concordiæ, &c. ut refert Resceius. Pertinent ad Sectarios liberæ fidei.

Bene illis quadrat, quod scripsit Hilar. Supra. Tot nunc apud hæreticos fides existere, quod voluntates, & facta est potius fides temporum, quam Evangeliorum.

CENTURIATORES.

1560. CEnturiatores, qui & Magdenburgenses, ex Surio, Genebrardo, & Rescio, sic dicti, ab elaboratis centuriis, in quibus summatim ex omni scriptorum genere, gesta, & doctrinam Ecclesiæ per undecim secula decurrentem contexere conati sunt, (utinam in omnibus veraciter, sicut mendaciter) eo fine, ut Augustanam confessionem probabilem redderent, dum antiquitatem pro se stare jactabant. Quæ cum in multis repugnare eorum dogmatibus frequenter deprehendebatur, non alio clypeo ictus istos eludebant, nisi vel dicendo Patres lapsos, vel nævis esse respersos, vel tandem codices corruptos, & depravatos, & hoc quantum attinet ad Patres, qui ad quingentesimum annum à Christo nato scripserunt; nam quantum ad alios, qui ab anno 500. usque ad præsentia tempora scripserunt, eos penitus rejiciebant, unde quicquid per Pontifices, Concilia, & Doctores sancitum, & declaratum est, eorum confessioni repugnans in auctoritatem non recipiebant. Pertinent ad Confessionem Augustanam. Sed in hoc illi repugnant, quod statuant, officia Ecclesiastica à Politicis esse sejuncta, dicentes aliud esse plectrum, aliud sceptrum. Fabricatores harum Centuriarum fuerunt Flaccus Illyricus, Joannes Vigandus, Basilius, Faber, Huttenus.

Sed tale opus, etsi multis mendaciis consarcinatum sit, magnum fuit divinæ providentiæ argumentum, Patres citari pro unoquoque fere dogmate, quod ab ipsis controvertitur, ut veritas etiam ab inimicis probetur, ex Tertull. sive Novat. lib. de Trin.

CATHARI.

CAthari, qui aliàs Sanctuli, à Lindano vocantur, sic à suis dogmatibus dicti, quod se sine peccato *a* dicant esse, ita ut eis dicere non competat, *Dimitte nobis debita nostra*, quam clausulam orando, vel recitando Dominicam orationem dimittebant. Alii etiam *b* orationibus nihil tribuebant. Infantes sine peccato *c* nasci docebant. In doctrina Eucharistiæ Calvinum sectantur. Pertinent ad gregem Anabaptisticum. Lege Lind. Rescium, Coccium, tom.2. lib.2. ar.2. 1540.

a *Damnantur* 1. *Ioan.* 1. *Luc.* 3. *& à Concil. Milevit. cap.* 7. *Trident. sess.* 6. *can.* 23.

b *Error Pelagii damnatus Matth.* 6. *Luc.* 18. *Ioan.* 16. *& à Concil. Gangrensi cap.* 5.

c Contra hunc errorem lege Orig. Roman. 6. Aug. ep. 28. Conc. Arauf. can. 2. & Milev. c. 2. Trid. sess. 5. can. 4.

CHRISTINI.

1593. CHristini sic dicti ex eo, quod teste Andrea Philopatro respons. ad edictum Reginæ Angliæ, ex Rescio, repertus sit Londini quidam, qui se Christum esse palam professus sit, & prophetas suos non infimæ sortis homines ad concionandum miserit. Qui cum se à Deo missos proclamarent licentia hæretica, ac proinde in gubernationem Anglicanam, & nominatim in nonnullos Consiliarios inveherentur, Hattonis Cancellarii opera, ad supplicium destinati, tantum abfuit, ut errores istos revocarent, ut ex veteri hæreticorum more, Evangelium esse assererent; imo & centena, nescio, quot sectarum millia intra Insulam Anglicanam se habere jactarent, quod licet ostentationem judicet Philopater, judicat tamen rationabiliter plures, sive ex Puritanis, sive ex familia Amoris, sive Anabaptistis, sive ex Judæis, huic hæresi adhæsisse, nam egregie dixit Epiph. Nunquam tam absurda hæresis nata est, quæ suos non habuit sequaces.

Sed tales impostores prius viderat mundus, nam, & Theodas (ut alios prætercam,) se Christum jactavit, ex Chrys. in Ioan. hom. 59. Cyrill. lib. 7. in Ioan. c. 3. Isid. Pelusi et a 3. epist. 119. unde & Dominus consimiles prænuntiavit Matth. 24. Marc. 13. Luc 17.

CHRISTODINI.

1560. CHristodini sic dicti ex Martino Marlorato, apud Rescium, qui ad ostendendam suam à Papatu defectionem, non Jesum, sed Christum Salvatorem nostrum deinceps appellari voluerunt. Cui è diametro sese opposuit Gulielmus Coubricius, (ex Alano in suis Dial.) in Anglia, qui Christum sulphureo ore pronuntiavit esse non mundi Redemptorem, sed deceptorem: Christi nomen fœdum etiam esse dixit, illudque sic in Symbolo commutavit. Ubi dicimus: *Et in Iesum Christum Filium ejus*, &c. ipse sic dici voluit (Et in Jesum, Jesum) protestans se nunquam Christi nomen usurpaturum, vel Confessurum, omnesque damnatos decernens, qui in Christum credidissent.

Damnantur ex Daniel. cap. 9. Matth. 2. 2. Thessal. 5. 1. Petri 3. & 4.

CHRISTI FAMILIA in Domo Charitatis, alias Familia Amoris.

CHristi familia in domo Charitatis 1579.
Hermannum Nicolai institutorem habet, ex Rescio, & Staplet. in tri ipl. contra Witakerum c. 19. Coccio. t. 1. li. 1. a. 4. è fæcibus, & sordibus Anabaptistarum trahens originem. Quæcunque orthodoxa facit Ecclesia, circa cæremonias, & ritus videtur facere, & amplecti. Verum ut testatur Vilembergius, apud eundem Rescium, nedum Pelagianismum sectatur, sed etiam Christi Domini humanitatem negare videtur.

Damnantur Matth. 1. Ioan. 1. & ex Symbolo Apost. Athanas. & Nic.

CIRCUMCISI.

CIrcumcisi inter Evangelicos re- 1570.
perti sunt, qui Judaizando circumcisionem carnis renovarunt, ut dicunt Lindanus, Hosius, & Rescius.

Hi

Hi in Saxonia, & Lithuania, & Russia dogmatizarunt, neminem sine circumcisione salutem posse obtinere, unde etiam quidam Matthæus Glirius eo quod Christiano baptizato necessariam circumcisionem suaserit, Judæo Trinitarius à ministris Luthcranicis est appellatus.

Damnantur à Concil. Apost. Actuum 15. & Rom. 2. & 3. Gal. 5. Tit. 1.

CLANCULARII.

CLancularii à latendi studio dicti, quod existiment, dicit Staphylus, sibi licere si rogentur an sint Anabaptistæ negare, ut vitent periculum. Ex illo falso principio, quod satis est, ut fides clam asseratur, palam vero negari possit. Propterea clam docent, clam in hortis conveniunt (unde & Hortenses alias dicuntur) ibique scripturam audientibus, illum sensum sequuntur, quem è veteri Testamento pater familias & è novo materfamilias legẽdo præscripserint. Sunt Anabaptistæ, Manifestariis è regione oppositi.

Damnantur cum Basilianis & Elchesaitis ab Apostolo Romanorum decimo. Corde creditur ad justitiam, ore autem fit confessio ad salutem. Lege S. Thom. 22. quæ. 3. art. 2.

COLLOQVISTÆ.

1535. COlloquistas, vocat Ederus, illos sectarios, qui in suis colloquiis de Religionis concordia tractant, & iterum si super illam dubitatio emergat, iterum ad aliud colloquium provocant, & sic deinceps, donec concordia perfecte stabiliatur. Sed ipsi colloquentes primi sunt, qui concordiæ repagula rumpunt, & à propriis sanctionibus recedunt. Vide Rescium, & Genebr. anno 1535. Pertinent ad sectarios liberæ fidei.

Hoc est hæresis proprium, ait Hilarius ad Constantium Augustum. Quod nec veterata defendit, nec innovata firmavit, & facta est fides temporum potius, quam Evangeliorum.

COLLUDENTES.

COlludentes dicti sunt à Rescio, quidam SemiLutheristæ, & Semidiaphoristæ, quod ludere videantur in articulis religionis recipiendis, minutiores cæremonias retinentes, dogmata graviora abolentes, nam ubi laicis, sub utraque specie communionem exhibent, & Sacerdotes maritos faciunt, permittunt nihilominus in suis cætibus, candelas accendi, psalmi alicujus decantationem, campanarum, & superpellicei usum, & hujusmodi, Phariseos imitantes, minima curantes, & quæ graviora sunt legis relinquentes. 1550.

Sed hæc ratio Ecclesiastici Sacramenti, & Catholicæ Fidei est, ut qui partem divini Sacramenti negat, partem non valeat confiteri. Cass. de Incarnat. Verb. lib. 6. c. 17. Lege S. Thom. 22. q. 5. a. 1.

COMMUNIA habentes.

COmmunia habentes, ad Anabaptistarum sectam pertinent, cum communitate bonorum instar Platonicæ politiæ, uxores communes facientes, ipso Sleidano teste. Talem politiam experti sunt Monasterienses. Quilibet eorum ante execrabilem congressum dicere solebat mulieri (concupiscit spiritus meus carnem tuam, veni itaque & faciamus mirabilia) similia verba antea dictarat diabolus Marco cuidam lasciviæ deditissimo, 1534.

simo, Marcosianorum parenti, de quo Irenæus scribit, mulieres multas corrupisse, & dicere solitum mulieri seducendæ (sume primum à me & per me gratiam, adapta te, ut sponsa sustinens sponsum, ut sis quod ego, & ego quod tu. Constitue in thalamo tuo semen luminis) lege Surium anno 1534.

Damnantur 1. Corinthiorum 7. Vnusquisque suam Vxorem habeat &c. 2. Corinthiorum 9. & aliis locis. Vide S. Thom. addition. quæst. 54. art. 3. Lege Irenæum lib. 1. adversus hæreses cap. 9.

COMMUTATORES.

1565. COmmutatores vocat Ederus (à Fidei articulorum commutatione, ut fit in humanis contractibus) illos, qui oblato libello Maximilian. II. supplicarunt, ut inter Catholicos & Evangelicos hæc fieret permutatio, ut catholici justificationis articulos temperarent, & Confessioni Augustanæ eosdem concordarent, conjugia sacerdotibus permitterent, usumque utriusque speciei: & ipsi vicissim Evangelici promittebant se per omnia & in omnibus Romano Pontifici parituros. In cæteris articulis hi partim cum Luthero, partim cum Calvino sentiunt.

Sed hic est hæreticorum Stylus, ut non pro regula habeant Catholicam fidem, sed proprium judicium & voluntatem, & in eis tot fides (ut ait Hilarius lib. contra Constantium Augustum) existunt quot voluntates.

CONCORDISTÆ

1560. COncordistæ dicti sunt propter doctrinam libri Concordiæ Bergensis, ex Rescio, quem veluti vestimentum centonum attexunt, sex Magistri Ubiquetarii, ex Confessione Augustana, Apologia Philippi, Catechismo Lutheri, articulis Smalcaldicis, quorundamq; Superintendentium placitis, talem titulum ei affigentes. Concordia, hoc est, Christiana simplex confessio infra scriptorum Electorum & Principum, & Statuum Augustanæ Confessionis, & subscriptorum Theologorum, cui subscripsisse 8000. cujuscunque generis personas refert Rescius, eorum dogmata peculiaria sunt. Quod Christus secundum quod Deus, obediens fuerit Patri, & fuerit etiam secundum divinam naturam *a* Mediator, quod humana natura Christi *b* ubique sit vere, & realiter. Eidemque attributa *c* omnia divina collata sint, in qua collatione unio Hypostatica consistit. Quod Christus totus Deus, *d* & Homo ad inferos descenderit. Triplices, *e* ut dicit Sturmius fingunt Ascensiones Domini: etiam somniarunt duas in conceptione, & in morte, easque veras fuisse, tertiam imaginariam, cum visus est, inquiunt, Apostolis ascendere, licet non ascenderit.

a *Contrarium docet Catholica fides, & 1. Tim. 2. Aug. 2. de pecc. orig. c. 28. de consens. ecc. c. 3. l. 10. de Civit. Dei c. 20.*

b *Hoc dogma repugnat articulis Sym. Conceptionis, Nativitatis, Passionis, Sepulturæ &c.*

c *Destruit etiam veritatem humanitatis Christi renovando hæresin Eutychetis.*

d *Mortem Christi negat.*

e *Ascensionem evacuat.*

CONDORMIENTES.

COndormientes sic dicti, ex Sandero, quod viros, & fœminas eodem loco, sub eodem conclavi, & lecto dormire debere docebant. Quam doctrinam 1544.

nam olim in Boemia postea in Brabantia multi amplexi sunt, promiscue extinctis luminibus, ad hoc ministris adhortantibus canino more se miscentes, ut merito dicti sint hi ad Anabaptistarum genus Cynicum pertinere.

Damnantur Eccles. 13. 1. Corinth. 6. & c. 15. & in Apoc. cap. 2.

CONFOEDERATI.

1576. Confœderatos vocant Hosius, & Rescius quosdam, qui in Polonia malorum impunitatem volebant, ac fovebant, docentes in jus non esse vocandos hæreticos, nec ulla cujuscunque potestatis animadversione plectendos, Principibus obtemperandum, si libertatem conscientiæ permittant, nec ullas contra criminum patratores pœnas decernant. Adeo secta ista (quam perbellè Hosius fœdus cum morte vocavit) aliis sectariis fuit invisa, ut Valanus, quamvis Zvvinglianus Regem Stephanum admonuerit, ne talem libertatem in suo Regno permitteret.

Hæreticos puniendos, supra annotavimus verbo Bellani. Non permittendam Conscientiæ libertatem habetur ex Aug. contra Parm. lib. 1. cap. ultimo, & 2. cap. 92. & epist. 66. & 166. Optatum 3. contra Parm. c. 21. Lege Pamel. lib. de non admittend. diverf. relig.

CONFESSIONISTÆ.

1530. Confessionistæ sic dicti, ex Surio & Rescio, à confessione, & professione Augustanæ Confessionis, quam Lutherus meditatus est, Melanchthon vero descripsit opem ferentibus Duce Saxoniæ Joanne, Georgio Marchione Brandeburgensi aliisque Ducibus, & Civitatibus Germaniæ, cujus Confessionariæ sectæ is scopus est, ex Staphylo, omne dogma fere, quod in Christiana fide catholicum est, funditus delere. Hanc Confessionem in Comitiis Augustanis Carolo Cæsari exhibuere, cujus articulis Carolus idem, cum Principibus satis erudite, & Catholice respondens, Luthericos refutavit errores, quos etiam postea alii doctissimi viri egregie pariter confutarunt, ut videre est in Armonia Fabritii Leodii in præfatione ad lectorem, qui illud notatu dignum advertit ab anno 1530. usque ad annum 1540. tria exemplaria dictæ confessionis adeo evariata prodiisse, ut vix in uno articulo cum prototypo Cæsari oblato concordarent; nullumque finem scribendi fore subdit, si varietates in exemplaribus Latinis & Germanicis post annum 1540. enatæ, enumerandæ essent. Unde merito Confessionistæ ab Hosio Cothurnifices vocati sunt, eo quod ipsimet suam Confessionem Cothurnum utrique pedi aptum, ejusdemque auctores Cothurnifices nuncupant, sicut etiam eadem à quibusdam Polonis ministris ocrea dicta est, quod dictum verum esse, tanta evariatio demonstravit. Hinc factum est, ut ab ista evariatione Confessionistæ, in tres factiones dividerentur, in rigidam seu stoicam, in mollem, & mistam, de quibus omnibus in præsenti est sermo, juxta inceptum à nobis ordinem. De hac eadem Confessione Theologi Casimiriani cap. 4. admonitionis Christian. de concordia Bergensi. Lege Coccium, & Rescium, dicti, quantumvis hæretici sinistrè sentientes, illam reprehendunt, utpote etsi ab Ecclesiis unius nationis scriptam, non ab omnibus, per omnia approbatam, in multis

in controversiam vocatam, partim recusatam, ab auctoribus non satis defensam, & explicatam, &c. Inter hos Confessionistas numerantur Vinarienses Theologi.

Contra istos militat perbelle quod scripsit Hilarius lib. ad Constantium Augustum. Periculosum est nobis admodum, dum, aut ita Fides scribuntur, ut volumus, aut ita, ut volumus, intelliguntur. Et cum secundum unum DEUM, & unum Dominum, & unum Baptisma etiam Fides una sit, excidimus ab ea Fide, quæ sola est, & dum plures fiunt, ad id cœperunt esse, ut nulla sit.

CONFESSIONIS Augustanæ æmuli.

1537. Confessionis Augustanæ æmuli sic dicti, ab Edero 2. par. inquisit. Evangelicæ tract. 4. quod Catholicis suadeant, ut salvo Confessionis Augustanæ titulo aliqua emendent, & declarent circa substantialia fidei, de reliquis articulis nulla fiat immutatio, sed silentio prætereant.

Contra hos bene Hilar. lib. ad Constant. Augustum. Vagi, prodigi, & impii, dum & manentia demutamus, & accepta perdimus, & irreligiosa præsumimus.

CONFESSIONISTÆ Novi.

1557. Confessionistæ Novi, alias degeneres, Anonymi, seu patroni castratæ Confessionis Augustanæ, sic dicti ex Surio, & Rescio, quod non illam exhibitam Carolo V. sequantur, sed illam truncatam & mutilatam à Philippo Melanchthone. Hi, ex Rescio, rursus defendendam susceperunt anno 1595. defensionem (sic enim vocabant quendam ab ipsis scriptum codicem) sinceræ, & orthodoxæ Religionis Ferdinando Cæsari exhibitam: asserentes justas se habere *a* causas defectionis à Romana Ecclesia, & quod Tridentina Synodus non erat ab electoribus, cæterisque Imperii Principibus, & ordinibus Augustanæ Confessionis agnoscenda, vel adeunda. Insuper duo Sacramenta se *b* recipere non tria, ut volebat Augustana Confessio. Mutationemque *c* quam transubstantiationem Confessio Augustana, cum Catholicis in Eucharistiæ Sacramento fatebatur, mysticam esse, non realem, & substantialem. Orationes pro *d* defunctis, exorcismos *e* Baptizandorum, crucis *f* signum se damnare, quæ tamen primæ Confessionis Augustanæ auctores receperunt, & in multis Saxonicis synagogis retenta fuerunt.

Merito ergo scripsit Irenæus lib. 4. cap. 69. quod hæreticorum proprium est fidem innovare, subdens: Denique penitus inspecta omnes hæreses, in multis cum auctoribus suis dissensiones deprehenduntur.

a *Vanus, & inanis hæreticorum prætextus, cum seipsos præciderint ab Ecclesia, & proprio judicio condemnarint.*

b *Damnantur à Dionys. de Eccl. Hierarch. Cyprian. serm. de Ablutione pedum, August. epistol.* 118. *& Concil. Florent. in union. Arm. Trident. sess. 7. can. 1.*

c *Damnantur ex Concil. Later. Trid. & Patribus citatis verbo Carolstadiani.*

d *Damnantur à Cypr. lib. 1. ep. 9. August. de Civit. Dei lib. 21. cap. 13.*

e *Contra hunc errorem lege S. Nazianz.* ora-

ratione in sanctum lavacrum. Ambr. 1. de Sacram. cap. 5.

f *Damnantur Apoc. 7. & Apoc. 14. Habentes nomen ejus, &c. secundum expositionem Bedæ, & Rup. Et à Dion. 4. 5. 6. Eccles. Hierar. Tertull. de Corona Militis, Cyrill. catech. 4.*

CONFESSIONISTÆ Provinciales.

1530. & deinceps. Confessionistæ Provinciales, vel Civitatenses, ex Rescio, sic dicti, ad singularum pene provinciarum, & Civitatum Principibus, & Dominis ministrorum opera fabrefactis Confessionibus pro puro verbo Dei venditatis, & sub pœnis ad credendum propositis. Ad numerum tricenarium enumeratas esse, refert ex Hosio Rescius, videlicet Augustanam primam, Augustanam quatuor Civitatum, Augustanam Castratam, Augustanam Jenensem, Augustanam Basileens. Augustanam Antuerpiens. Augustanam Lypsiens. Prætereà Genevens. Bernens. Wirtembergens. Lunenburgens. Lubecens. Bremens. Rostochiens. Hamburgens. Braunsuicens. Cracoviens. Petricoviens. Transylvan. Posnaniens. Constantiens. Heidelbergens. Smalcaldens. Tubingens. Nordlingens. Mansfeldens. Duorum ordinum Austriæ, Gerauv. Gratz. Szobergens. Anglican. Megapol tan. Rupellan. Saxon. Anhaltin. Stoicarum Ecclesiarum, Danicarum, Suedicarum, quæ omnes conveniunt in duobus, quod putent Ecclesiam Romanam *a* Sedem Antichristi & divinissimum *b* Missæ sacrificium, abominationem. Cæterum in reliquis articulis sic inter se variant, ut tot fides sint, quot voluntates.

a *Sed de Encomiis Rom. Eccl. lege Tertull. de præscript. cap. 39. Cypr. ep. 55. Hier. ap. 3. cont. Ruff.*

b *Damnatus error in Concil. Trident. sess. 22. c. 2.*

CONFESSIONISTÆ Recalcitrantes.

Confessionistæ recalcitrantes à Staphylo dicuntur ii, qui nec cum mollibus, nec cum rigidis Confessionistis sentiunt, sed ab his, & illis dogmata suffurantes unam Pandoram conficiunt, tales sunt Svvenckfeldiani, Osiandrini, Stancariani, ut dicetur. 1536.

Sed neque penes hos, neque alios Sanctum exinde aliquid, atque inviolabile perseverat, ex Hil. ibidem.

CONFESSIONISTÆ Zwingliani quatuor Civitatum.

Confessionistæ quatuor Civitatum Argentoraten. Constantien. Lindaviæ, Memmingæ, ex Surio, & Rescio, secta Zvvingliani sunt, diffidentes à supra dictis Confessionistis, quibus subscribere noluerunt, aliamque Confessionem à Bucero descriptam, uti dicit Sturmius, Cæsari in iisdem Comitiis obtulerunt. Ex eodem habetur nec in eadem Confessionis dictæ professione esse uniformes, aliter enim sentiunt Conventus Academici, aliter Theologici: aliter Scholastes, aliter Decanus, & Visitatores, aliter sutores, aliter cerdones. Cæterum in aliis articulis, præsertim in oppugnanda Ecclesia Romana cum Lutheranis consentiunt. 1530.

Sed rectè Ambrosius lib. 1. de Fide cap. 4. Semetipsos quales sunt arguunt, in eisdem verbis non consentientes.

CONNIVENTES.

1565. COnniventes, vocat Rescius quosdam in Politicorum Castris militantes, qui dogmatizarunt, nec possibilem, nec necessariam esse unitatem Religionis ubique conservari, ac proinde, sicut oportet hæreses esse, sic easdem tolerandas, prodiit libellus anno 1566. hujus argumenti cum tali titulo. Christiana consultatio missa Regi Hispaniæ quemadmodum occurri possit motibus, & seditionibus in Flandria ob Religionem suscitatis. Inter conniventes numerari potest Erasmus, qui libello de sarcienda Concordia scripsit, Religionis dissidia sublatum iri, si una pars alteri, velut transactione quadam se accommodaret. Contra quem scripsit Cornelius Lensæus Callidius.

Non esse hæreses tolerandas, dictum est sup. ex Patribus. Lege Pam. de religionibus diversis non admittendis.

CONSUBSTANTIATORES.

1540. COnsubstantiatores propterea quidam sic dicti, ex Rescio, quod eam Luthericam partem amplectantur, quâ docent Corpus Christi in sacra Eucharistia esse sub pane, cum pane, in pane verè, & realiter, ut remanente substantia panis, accedat ad panem substantia carnis, quam vocant consubstantiationem, aliàs delitescentiam corporis in pane. Sunt Semi Luther.

Transubstantiationis dogma quod definitum est in conc. Lateran. Florent. & Trid. supra cit. hanc hæresim destruit.

CURRUS STERCORUM.

1590. CUrrus Stercorum nova hæresis Hollandiæ orta, ex Rescio, quæ meritò tali nomine honorata est, quod sit omnium putidissimarum hæresum, & Blasphemiarum vehiculum, in quod frequenter, ut aurigæ conscendant Anabaptistæ, & ii, qui cura Religionis abjecta, Atheismum introducere intendunt.

Bene Hil. scripsit in hæreticis (tot Blasphemias pullulare, quod vitia sunt.) *Ad Constantium Augustum.*

D.

DAVID GEORGIANI.

DAvid Georgiani à Davide Georgio Fabro Vitriario Gandavensi (qui alias vocabatur Joannes Bruk,) ut dicit Leonardus Rubenus de fals. Proph. c. 10. hic novus impostor quibusdam mulierculis suasit se esse tertium David, & verum *a* Messiam, & sic eas fascinavit, ut felicissimas se putarent, si relictis maritis, ex promisso ipsius, quod nugabatur semine conciperent. Dicebat se dilectissimum Filium Dei & Spiritu Sancto, & Spiritu Christi natum. Christum venisse in mundum, ut sua doctrina veluti sub disciplina pedagogica fideles contineret; perfectamque cognitionem postea in adventu Georgii adeptos: mundum etiam eundem Georgium esse extremo judicii die judicaturum. Matrimonium *b* damnavit. Mulieres omnes communes esse voluit. Dogmatizavit solam carnem, & non *c* animam peccare. Animas *d* infidelium, æque ac fidelium salvari, Apostolorum vero corpora æque damnari, ac infidelium. Christum *e* abnegare, peccatum non esse, ac proinde Martyres, qui pro Christi confessione occubuerunt, stultos extitisse. Cœlum *f* pariter vacuum extitisse, illudque per illius missionem 1545.

replen-

replendum; anno 1556. expirans prædixit se post triennium resurrecturum, suisque sectatoribus munera amplissima largiturum, sed mendacem fecit illum experientia, nam Senatus Basileensis an. 1559. pridie Idus Maij corpus illius è sacra S. Leonardi æde extractum, & carnifici traditum flammis exuri decreverunt, unde modo cineres universalem mortuorum resurrectionem expectant, quam alias cum Sadducæis ipse negaverat. Vigent in Hollandia & Frisia, in reliquis articulis sentientes cum Anabaptistis. Lege Coclæum de Actis, & scriptis Luth. Lind. Geneb. Prat. Florin. lib. 2. cap. 15. Coccium Tom. 2. lib. 2. art. 3. & Lindanum in tabul. annal.

a *Merito impiissimus iste inter pseudo-Christos enumerari debet, quos vitandos voluit Christus Dominus noster Matth. 24. Marc. 13. Luc. 17. Vide sup. verbo Christini.*

b *Errores damnati Genes. 2. & Ephes. 5.*

c *Ezech. 18. & Sapient. 16.*

d *Apocalypsis ultimo.*

e *Romanorum 10. & Marci 8.*

f *Ephes. 4.*

DEISTÆ.

1564. DEistæ alias Trinitarii, & Nariani, orti sunt à Georgio Pauli Valentini Gentilis discipulo, ex Rescio, in Polonia. Hic an. 1564. Schema exhibuit templum repræsentans, in quo Lutherum in tecto collocavit tegulas dejicientem, Calvinum parietes concutientem, seipsum vero fundamenta subvertentem, dicens, non omnia Luthero Deum dedisse, plura Calvino, sibi vero & suis majora. Quæ contra sanctissimam Trinitatem doceant, infra dicetur, verbo Trinitarii. Sanctius & Vigoreus Deistarum nomen attribuunt quibusdam Calvinistis discordantibus à Calvino, unde & Beza quondam conquestus perhibetur, quod quidam sui Commilitones tale nomen sibi vendicarent. Lege Sand. Geneb. Rescium. Florim. lib. 2. c. 15. Gaulterum.

Recte Augustinus tract. 98. in Ioan. Vaniloquos fabulosa, & falsa garrientes, & aliam scientiam promittentes contra regulam fidei, quam Catholicam suscepistis, omnino cavere & fugere debetis.

DEI TERRENI.

DEos terrenos vocat Ochinus lib. 1559. contra Deos terrenos, & Papas, apud Rescium, qui doctrinam suam *a* tanquam Dei verbum adorari volunt; eosque sceleratiores vocat Papis *b* Romanis. Conqueritur etiam, quod id, quod somniant, typis mandant, & ut fidem Orthodoxam credi jubent. Per hos Calvinum, & Tigurinos hæreticos hæreticus iste designavit. Sunt Antichristiani.

a Hic est hæreticorum mos sua dogmata jactare, tanquam de cœlo lapsa. *Lege Iren. lib. 3. c. 2.*

b *Quanto modestiores antiqui hæretici Rom. Pontifices laudantes, ut patet de Petiliano apud Aug. lib. de unico bapt. contra Petil. cap. 14.*

DESERTORES.

DEsertores Catholicæ Religionis 1566. Michael Bajus vocat quosdam Calvinicolas in Belgico ob unionem quandam Statuum factam cum sectariis in contemptum Regiæ Majestatis,

Fidei destructionem, Sacerdotum exterminium. Hi, præter communes Calvini errores, suos habent proprios. Quod cum fides sit *a* Donum Dei, unusquisque debet suo relinqui arbitrio, ad credendum quid velit. Catholicam religionem *b* dissimulandam, donec occasionem inveniant eam perdendi. Necessariam *c* esse templorum, & cœnobiorum, & aliorum piorum locorum demolitionem ad conservandas arces regias. A Sacerdotibus, & Monachis illicita juramenta exigunt, quibus cogunt vel illos exulare, vel bonis expoliari. Lege Sur. anno 1566. & Rescium. Sunt Semilutherani.

a *Hæreticos coërcendos dictum est supra ex Patribus, unde recte Tertull. in Scorpiaco c.2. dixit. Ad officium hæreticos Compelli, non illici dignum est.*

b *Horum damnationem vide sup. verbo Clancularii.*

c *Imo templa regiis opibus sunt ditata. Is. 49. & 2. Machabæorum 3.*

DÆMONIACI seu Dæmonicolæ.

1540. DÆmoniaci sic dicti, à Staphyl. quidam sectarii Anabaptistæ, qui *a* contendunt cum Origene tandem dæmones salvandos. Alii ab Hosio dæmonicolæ dicuntur ex eo, quod diabolum decies publico cultu invocent. Sunt Athei, & Epicurei potius hi, quam Sectarii nominandi. Lege Lind. Sand. Prat. Coccium t.1. lib.4. ar.5. & Gaulterum. Sunt Semiluth.

a *Damnantur Matth. 25. Apoc. 20. in Conc. Lat. & habetur extra de summa Trinit. c. firmiter & antea in sexta syn. act. 2. in epist. Sophron. quæ act. 13. a tota Synodo probata est.*

b *Et Matth. 4. Dominum Deum tuũ &c.*

DIABOLISTÆ.

DIabolistæ homines sunt quidam ex hæresi, & schismate conflati, sine anima, & Deo, quorum dux extitit Deschalæus Deschelles Cenomanus, qui centum quinquaginta præcipuos viros, & fœminas suis initiavit execrandis mysteriis. Docent ubi expedit, aliquid credendum esse, nihil verò credendum, ubi non expedit. Jactant præterea se sortilegos esse, & diaboli charactere insignitos, quem ubi mero incaluerint, nudata carne passim solent ostendere. Alias hi Goetæ dicuntur, apud Rescium verbo Goetæ. Horum numerus ad 60000. millia in Galliis excrevisse dicitur. Sunt Athei. 1566.

Sed his specialiter competit, quod scripsit Irenæus lib. 2. cap. 66. Quod sint præcursores Draconis ab inspiratione apostatica, & operatione Dæmoniaca, & phantasmate Idololatriæ per omnia repleti.

DUITÆ

DUitæ in Polonia, Petro Goniczio Duce, Patrem, & Filium duos deos *a* asserunt. De Spiritu Sancto vero *b* ajunt, nondum esse revelatum, quod sit. Ex Coccio tom.1. lib.1. artic.2. Ex Canisio de corrup. verbi Dei, & Alphonso Pisano præfat. in Conc. Nic. Sunt Trinitarii. 1570.

a *Damnantur Deuteronom. 6. Deus noster Deus unus est, 1. Regum. 2. Marc. 12. 1. Cor. 8.*

b *Et Matth. 28. 1. Corinth. 6. ubi deitas Spiritus Sancti asseritur.*

***

EBE-

E.

EBERIANI.

1568. EBeriani, qui ab Ebero dicti sunt, à Flacco inter Lutheristas molles recensentur, quod molliter Lutherum defendant, nec non Melanchthonis adiaphoras opiniones *a* de necessitate operum, cæremoniis *b* &c. & eundem Melanchthonem laudant, quod multa Lutheri opera correxerit. Distinguuntur hi à Flaccianis, quos concordare studuit Wilhielmus Dux Saxoniæ in colloquio Altemburgensi.

a *At dogma fidei est, bona opera esse de necessitate salutis, Io.13. Matth.20. Conc. Trid. sess.6. can.26.*

b *Cæremonias non esse adiaphoras definitur in Trident. sess. 7, can. 13. & sess. 22. can.7.*

EBIONITÆ Novi.

1568. EBionitæ Novi, per Adamum quendam pastorem Anabaptistam suscitati sunt in Lithuania, Christum *a* non Deum, sed merum hominem de Maria natum profitentes, itidem legalia *b* cum Evangelio esse servanda. Quidam Budnæum (de quo supra) hujus sectæ faciunt autorem cum Farnovio asseclа. Sed & Christianus Franken, (ut dicit Feuardentius lib.3. Theomach. Calvin. cap. 9.) è Societate Jesu apostata in Hungaria, & Polonia eundem Dominum nostrum deitate spoliando, nec ullo modo colendum, aut invocandum esse, multis editis libellis edocuit. Citat librum hujus impii contra Trinit. editum Cracoviæ. Coccius in Thes. Cathol. a.1. lib.1.n.4. Sed hujus impietatis illum pœnituisse ostendit ejus deploratio. Circumfertur enim libellus cum hoc titulo. Christiani Franken epistola in qua deplorat suum è Societate Jesu discessum, ejusque fidem temere à se oppugnatam, impressa Wirzenburgi 1584. Hi sectarii Zvvinglianis adeò invisi sunt, ut tanquam diabolici ab illis exufflentur. Inter Antichristianos recensentur.

a *Damnantur Ioan. 1. & ex Symbolo,* b *& Act.15. & Gal.5.*

ECSTATICI.

ECstatici secta Anabaptistæ, veluti comitiali morbo laborantes, *a* ut de Mahumete scribitur, in terram elapsi diu tanquam mortui jacebant: mox sua somnia cum saliva despumantes narrabant se vidisse Zvvinglium in inferno, Patres dixisse, diem Domini *b* instare; hæc & illa infanda jussisse. Unde tantum potuit iste homicida spiritus, ut multa matricidia, & fratricidia ex ficta jussione Dei Patris sint perpetrata. Inter cætera illud à Bullingero narratur memoratu etiam horribile, quod Thomas Schikerus anno 1526. Muleggi suum uterinum fratrem novus iste Cain in genua procumbentem in conspectu Parentum, & plurimorum factiosorum, capite obtruncarit. 1525.

a *Merito propter hujusmodi somnia vocantur viri illusores 2. Petr.3. & in epistola Iude.*

b *Et ab Apostolo refelluntur 2. Thess.2.*

c *Vere novi Pilati dici possunt Novatores ex Luc.13. Manus suas etiam sanguine replentes.*

***

EJULANTES.

1544. Ejulantes à Sandero, & aliis, inter Anabaptistas recensentur. Dicebant nihil esse gratius Deo, quam lacrymari, & ejulare perpetuò *a*. Narrat Rescius hunc planctum aliquos sic interpretatos, quod lacrymarentur Catholicam Religionem consistere, & clerum universum non unicam cervicem habere, quæ uno ictu feriri possit *b*.

a *Damnantur Ecclesi. cap. 3. & Michea 6. indicabo tibi &c.*

b *Tale est Novatorum Evangelium, sanguinem sanctorum sitire ex Apoc. c. 17.*

ELEUTHEROBAPTISTÆ.

1544. Eleutherobaptistæ ex Ambrosio Pelargo lib. adv. errores Anabaptist. dogmatizabant, liberum cuique esse, si baptizari velit etiamsi sit in adulta ætate, & hoc sibi conscientiam suam dictare, sicut Anabaptistis sua dictabat conscientia, nullum nisi adultum baptizandum. Inter Anabaptistas recensentur.

Damnantur Ioan. cap. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto; & Marc. ultimo. Lege nostrum Fr. Ambrosium Pelargum hanc sectam confutantem, ex Lusit. in Bibliot. Præd. & Fr. Alphons. Fernand. in concert. Præd. anno 1545.

ENERGICI.

1551. Energici idem sunt, ac Calviniani ex Sandero lib. 7. visib. Monarch. n. 213. sic dicti, quòd asserant panem, & vinum esse efficacia signa corporis, & sanguinis Domini, sic verba consecrationis interpretantes, Hoc est corpus meum, hic panis est signum efficax corporis mei: & re ipsâ non manducari corpus, sed per fidem, & ita in Eucharistia nõ verum corpus, sed virtutẽ corporis existere. Sed Staphylus Zvvinglianos eos vult intelligi, qui corpus Domini dicunt intelligi oportere pro energia corporis, quasi effectum pro causa per Metonymiam. Sunt Sacramentarii.

Hanc Hæresim destruit Transubstantiationis Catholicum dogma traditum à sanctis Chrys. de Encaniis. August. serm. 28. de verbis Domini. Damas. lib. 14. cap. 4. Concil. Later. Florent. & Trident. sup. cit.

ENTHUSIASTÆ.

Enthusiastæ etsi à Lindano iidem existimentur ac Ecstatici, ut distinctos tamen sectarios, recenset Rescius. 1543.
Hi expectabant divinos afflatus, & cœlestes visiones, quibus repleri, & frui gloriabantur. Hujus generis extitit ille Batavus Monasteriensis sartor, nomine Joannes Bokeldi, qui promotus in Regem à suis, quibus suaserat spiritum mandasse illi, ut Rex fieret in Israel, imo Rex justitiæ super omnem terram, in illam, inter cæteras insanias, prorupit, ut leges toti orbi, expleta solemni cæna dictaret, & in quatuor orbis partes Apostolos suos destinavit, quibus illas cum doctrina sua promulgandas mandavit, tanta vero crudelitate, ipse suam judiciariam potestatem exercuit, ut vix, quæ ab historicis verè narrantur sit creditura posteritas. Huc revocari potest secta illa, de qua Felicianus Capitonius in explicatione locorum novi & veteris testamenti tantam Spiritus Sancti abundantiam pollicebatur, ut quæcunque in mente fienda veni-

venirent, Spiritus Sancti opera esse existimarentur, illud allegantes, *Dabo legem meam in corda eorum, &c.* & illud, *Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem*, hæresis certe pestilentissima, quæ ad omnia facinora viam aperit, & quæcunque fingendi dogmata licentiam tribuit. Evenit in quadam Italiæ Civitate, ut idem refert, quod quidam enthusiasta (ceperat enim jam ibidem hæc hæresis pullulare) volens cujusdam uxorem constuprare, dixit collegæ suo; Spiritus Sanctus dixit mihi, ut cum uxore tua dormiam; cui collega annuens, locum dans facinori è domo discessit, at stuprator filiæ majoris pulchritudine allectus, cum illa concubuit. Revertitur maritus, de facto percunctatur, compertoque quod non cum uxore, sed cum filia dormisset, arrepto pugione, sic stupratorem alloquitur: Cur mentitus es Spiritui Sancto? Nonne dixit tibi, quod concumberes cum uxore mea? cur ergo cum filia mea dormisti? & nunc Spiritus Sanctus dixit mihi, ut te interficiam, & tribus ictibus enthusiastam confodit. Pertinent ad Anabaptistas.

Hæc est nota Pseudoprophetarum, ut de corde suo loquantur. Ezech. 13. Imò ex ore diaboli. 3. Regum 22.

ERASMIANI

1520. ERasmiani dici possunt omnes, qui ingenium, Novitatesque Desiderii Erasmi Roterodami sunt sequuti, inter quos numeratur Lutherus, unde satis illud tritum proverbium etiam inter vulgares est decantatum, Erasmus innuit, Lutherus irruit, Erasmus parit ova, Lutherus excludit pullos, Erasmus dubitat, Lutherus asseverat, vel Erasmus Lutherizat, vel Lutherus Erasmizat. Fuit autem Erasmus ex Possevino in apparatu, verbo Desiderius Erasmus. Et ex Catalogo Illustrium Germaniæ scriptorum, natione Batavus, è Civitate Goudanæ, de parente parocho genitus, qui eum è famula suscepit, professus est regulam Canonicorum Regularium Sancti Augustini, sed desertor postea Religionis, per Europam ferme omnes Academias vagus incessit. Multa scripsit, major futurus, si minor ut quidam dixit, esse voluisset. Lutulentos pedes in sacros codices injecit, & illotis manibus scripturas, & Patres tractare aggressus est, jocis, dicteriis, facetiis Bibliothecas integras inspergens, unde quædam sceptica doctrina animos legentium occupavit, ut multi de Christo, & ejus mysteriis dubitare inceperint. Edidit paraphrases in Evangeliorum codicem, infinitis erroribus conspersum. De divi Marci Evangelii auctoritate, & scriptione dubitavit. Apocalypsim truncavit è canone. Ex epist. Joan. cap. 5. illud erasit, *Tres sunt, qui testimonium dant in cælo*, tanquam ascititium, & suppositium, ut dicebat, nec mirum, nam etiam malè de sanctissima Triade sensit. De Symbolo Apostolorum dubitavit, an ab Apostolis fuerit editum. Cyprianum, Hilarium, Augustinum, Hieronymum, &c. maculavit intexens suas censuras, argumenta, scholia, coronides, margines, indices, quos errores facilè deprehendet, legens Pamelium, Marianum, Victorium, Richardum, Cenomanensem, censuram contra censuram Erasmi adversus Regulam Monachorum Sancti Augustini, & Torrensem præfat. Augustinianæ Confessionis, & alios. Perfidiæ Arianæ hæreseos patronus extitit. Pelagii defensor deprehenditur. In beatam Virginem,

ginem, apud Canisium, plures Blasphemias evomuit. In purgatorio adversus Lutherum, modo affirmans, modo negâs infernum cœlo miscuit. Verùm cum in suis operibus, cum hæreticis modo blandiatur, modo in eos stylũ acuat, sicut vivens judicium Ecclesiæ declinavit, sic moriẽs ejus censuram meruit, ut scripta ejus prohiberentur, & Novatorum magister habeatur.

Sed hos omnes libros cum partibus suis prout in veteri vulgata editione habentur, recepit Concilium Trident. sess. 4. cap. 1. Non incidisset in hos errores, tam crassos omnium Catholicorum judiciis damnatos, si quod adversus Lutherum in Diatriba de libero arbitrio ipse conscripsit, advertisset, expendat lector, ait, num plus tribuendum sit tot creditorum, tot orthodoxorum, tot Martyrum, tot veterum, & recentium Theologorum, & summorum Pontificum in Orbe Christiano prajudiciis, quam unius, aut alterius privato judicio, additque, incredibile esse videtur Deus tot seculis errorem Ecclesia totius dissimulâsse.

ESSENTIATORES.

1565. Essentiatores dicti sunt quidam, quod dixerint Filium & Spiritum Sanctum essentiatos à Patre (quem solum dicunt habere divinam essentiam) ut essentiandi actus trahat id secum necessario, ut qui ante non erat, inceperit esse, & per consequens, ut nulla sit in illis Deitatis essentia, sed creata divinitas dicta essentiata, ac proinde sint veluti personæ titulares. Extat Confessio Genevensis contra Gentilem, ubi ista hæresis fatua, ab aliis hæreticis confutatur. Sunt Trinitarii.

Sed Filium Deitate spoliare, est contra scriptura testimonia. Matth. 16. Ioan. 3. Roman. 8. Heb. 1. similiter & Spiritum Sanctum Deitate privare contradicit Act. 5. 1. Cor. 3. & aliis scriptura testimoniis, similiter Symbolo Apostolico, & Niceno.

EUCHYTÆ.

Euchytæ alias Orantes (ad quos revocantur Psalliani ex Hosio & Rescio verbo Psalliani) nunquam ab oratione vocali, cessandum Christiano docentes. Secta sunt Anabaptistæ ex Lindano. Docebant summam fidei, & spem salutis in sola oratione positam, unde omnia alia media tollebant, & omni re familiari destituta, & famulis comissa, soli Deo se vacare monstrabãt. His opponuntur ex adverso non orantes, quibus scatet Anglia, ut dicit Andreas Philopater. 1544.

Refert Augustin. his consimiles lib. de hæres. 57. & refutatur Gen. 1. 1. Tim. 5. 2. Tim. 3. Vide S. Thom. 22. quæst. 73. ar. 14. *Respons. ad edictum Reg. Angliæ.*

EUTHYCHINIANI Novi.

Euthychiniani novi sunt, ut dicit Rescius, qui Eutychetis dogma renovarunt, ponentes in una Christi persona, unam naturam. Renovatores, dicit Lindanus, fuisse Memnonem, Adam Pastoris, Svvenkfeldium. Hanc hæresim testatur Rescius, quosdam nobiles Polonos, & Tigurinos in Poloniam asportasse. Testatur Eckius contra confessionem Zvvinglianam in disputatione Bernensi anno 1520. Zvvinglium mistionem naturarum admisisse. Sunt Antichristiani. 1528.

Damnantur in Symbolo Athanas. & à Synodo Chalced. act. 2. & 5. à Leone Papa epist. ad Flavia. à Synod. Constantin. confess. 6. Tolet. 11. in confess. fidei, Hispalensi can. 13.

EXA-

EXAMINATORES.

1560. EXaminatores vocat Ederus, nedum ad examen vocantes scripturam, sed scripturæ reformationem, & reformationis reformationem, an cum regula fidei conveniat. Illi etiam examinatores dicuntur, qui Concilium novissimum Tridentinum controversiarum ultimum examen, in examen vocant, ut facit Martinus Kemnitius, & de hoc examine rursus examinationem faciunt, semper quærentes, & nunquam ad veritatem pervenientes. Sed ante Kemnitium hoc docuit Brentius, contra quem noster Petrus à Soto major egregiè descripsit. Sunt Sectarii liberæ fidei.

Perbelle Hilarius lib. contra Constantium Augustum. Fides (ab Hæreticis) deinde quæritur, quasi fides nulla sit. & iterum. Annuas atq; menstruas de DEO fides decernimus, &c. In nostris aliena, aut in alienis nostra damnamus, & mordentes invicem jam absumpti sumus ab invicem.

EXTRAVAGANTES.

1530. EXtravagantes vocat Rescius tertiæ classis Confessionistas, qui Augustanam Confessionem non obscurè oppugnant: tamen ut Confessionistas Augustanos se gerunt Principum metu, cum revera minus, quam cæteri Confessionistæ, eidem tribuant confessioni.

Sed rectè quadrat illis, dictum Esa. 9. Unusquisque vorabit carnem brachii sui, &c.

F.

FARELISTÆ.

FAreliſtæ à Wilhielmo Farello ministro Sacramentariorum Genevensi, orti sunt. 1530. Præter communes Sacramentariorum errores, de suo docuit, Spiritum Sanctum nil aliud esse, quam motum in rebus creatum. Calvinum profugum in Genevensi synagoga lectorem pseudotheologiæ instituit, illum inter cæteros ministros cooptans. Sed hoc beneficium, eo beneficio compensavit, quod contra Farellum insurgens omnia ejus decreta rescidit, & ubique ejus extincto nomine, suum supposuit, unde postea Fareliſtæ, Calvinistæ dicti sunt. Pertinent ad Antilutheranos. Lege Rescium, Gault. Florim. lib. 7. cap. 17.

Spiritus Sancti Deitas ex scripturis, & Conciliis allegatis sup. verbo Essentiatores monstrata est.

FLACCIANI.

FLacciani, qui & Illyricani à Matthia Flacco Illyrico Lutheri antagonista 1560. descendunt. Hic adversus Philippum Melanchthonem & Wittembergenses, & alios Confessionistas molles, qui operum necessitatem tuebantur, cæremonias, & constitutiones Ecclesiasticas inter adiaphora collocabant, sic invehitur, ut diceret bona opera *a* non esse necessaria ad salutem, & si adiaphora ista admitterentur brevi Papatui fenestram aperiendam. Idem ex Staphylo renovavit hæresim Arii & ex Georgio majore, Manichæis dedit manus faciẽdo peccatum *b* substantiam quandam, docendo *c* imaginem diaboli

cordi humano essentialiter impressam, fingendo *d* corruptionem humanæ naturæ esse ad modum physicæ transmutationis, ut nova substantia generetur per corruptionem, priori abolita, & hominem Dei (ratione primæ creationis) creaturam extitisse, post lapsum vero, novam hominis substantiam factam esse à diabolo, &c. Duas finxit *d* Ecclesias in libro de sermone sacrarum litterarum, unam visibilem, & externam, aliam quæ, inquit, magis creditur, quàm corporeis oculis cernatur. Pertinent ad Confessionistas rigidos.

a *Operum necessitas ex scripturis & Concil. supra monstrata est verbo Eberiani.*

b *Damnantur ex Dionys. 4. de div. nominib. & 1. par. q. 48. art. 1.*

c *Imago Dei in anima humana relucet Gen. 1. Psal. 5. 1. Cor. 11. cap. Iacob. 3.*

d *Damnatus error in Symbolo Nic. Vnam S. Ecclesiam, & ex script.*

FRATRICELLI.

1570. FRatricelli quondam orti sunt, sub Benedicto Papa, & Alberto Cæsare Posnaniæ in Polonia, sub eodem nomine apparuisse sua tempestate dicit Rescius. Nocturnas coitiones post decantatas laudes extinctis luminaribus faciunt, fœminis cum masculis promiscuo concubitu se polluentibus. Quod si contigisset aliquam, infantem ex tali concubitu parere, instar pilæ per fratrum manus tamdiu circum circa obvoluebatur, donec infantulus expiraret, & ille in cujus manibus puer animam exhalabat, mox in Papam evehebatur. Hæc secta partim Lutheri, partim Picardorum dogmata, quæ Lutheranis admiscebant, professa est.

Sed hæreticorum manifesta sunt opera carnis, ut patet ex Irenæo. lib. 1. adv. hæreses. c. 32. contra quæ nedum scriptura, sed & natura pugnant. Vide verbo Condormientes.

FRATRES Amoris.

FRatres Amoris ex Sandero sectarii sunt Calviniani, Fratricellis etiam assimiles in multis dogmatibus, sicut & Anabaptistis, negando Magistratus, uxores communes faciendo. Docent Baptizatos *a* à Protestantibus salvari non posse. *b* Neminem ab eorum secta dissentientem posse salutem obtinere. Hujus sectæ hominem flammis devoverunt Calvinistæ 1588. eò quod Christum negabat unquam in rerum natura extitisse, & sic nihil certi habere eorum, quæ in scriptura, & Papatu docentur. Et quia orationem Dominicam rejiciebat eo titulo, quod providentiam infamaret illud adducens, scit Pater vester, quod his indigetis. Mulieres dicebat damnandas, si purgationis gratia Hierosolymam non adirent. Carnis resurrectionem negabat. Jehovam, qui patres veteres alloquutus est, non Deum, sed diabolum fuisse. Sed meritò flammis potius quam confutatione tales blasphemiæ rejectæ sunt. 1579.

a *Parvuli ante usum rationis decedentes (quamvis ab hæreticis baptizati) salvantur, quia verum est tale Baptisma, ut defenditur à Steph. Papa, epistolâ ad Episcopos Afric. Aug. libris contra Donatistas, Concil. Flor. in Vnio. & Trid. sess. 7. can. 5.*

b *Damnatur talis error ex Aug. de fide ad Petrum c. 37. & cap. 4. Concil. Later. sub Innoc. III. c. 1. una est fidelium universalis Ecclesia, extra quam nullus salvatur.*

FRON-

FRONTONES.

1534. FRontones vocat Erasmus quosdam sectarios ortos 1534. eò quòd perfrictæ frontis essent, *a* qui scalpro illam perfricabant donec elicerent sanguinem, ac mox oleo inungentes, Christo sacrari putabant. *b* Spiritum Sanctum vocabant motionem quandam, quæ in anima à Deo inspirata sentitur. Eundem non adorandum debacchantur, quia nihil de hoc dicitur (inquiebant) in scripturis &c.

a *Sed mos est diaboli, ut scripsit Tertull. lib. de præscrip. sacramentorum nostrorum res æmulari.*

b *Deum esse Spiritum Sanctum ex scripturis supra monstratum est.*

G.

GENTILISTÆ.

1562. GEntilistæ à Valentino Gentili Consentino Pædagogo orti sunt, qui Serveti errorem tam in Germania quam Polonia ausus est renovare. Solum Patrem verum Deum, & αὐτόθεον dicebat, à nullo *a* superiori numine essentiatum, Filium verò essentiatum à Patre, & ab illo substantialiter differre; & quoad essentiam Filium, & Spiritum Sanctum à Patre divisos: & Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum tres esse æternos inter se, ordine, gradu, & proprietate essentiali distinctos. *b* Athanasii Symbolum vocabat sophisticum, quod quartum (ut comminiscebatur) Deum induceret, illisque tripersonatum Deum exprobrabat. Ipsam verò Sanctissimam Triadem vocabat humanum commentum, novum Idolum, Deum tripersonatum, Diabolicam personam, mistur am execrabilem, Deum trinonimem, tricipitem, larvam triformem, & fictitium Deum. *c* Unitatis, Trinitatis, Essentiæ, *d* Personæ, voces monstrosas, & prophanas ipse tamen prophanus appellabat. Ob quas horrendas Blasphemias, & Calvini etiam laceratum nomen ab externo transfuga, Senatus Bernensis capitali sententia plectendum decrevit. Qui usque ad mortem blasphemare perseverans, tum blasphemare destitit, cum vivere desiit. Adhuc à Tritheitis & Arcomanitis, hujus sacrilegi hominis defenduntur errores.

a *Contra hos errores lege quæ supra notata sunt verbo Duitæ, & verbo Essentiatores.*

b *Symbolum Athanasii, ut regula fidei recipitur ab Ecclesia. Lege S. Thom. 22. q.1.a.10.*

c *Voces impiissimæ fulmine digne, quæ adorandam sanctam, & individuam Trinitatem blasphemant.*

d *Illa nomina recipiuntur à Patribus, ut patet in Hil. & August. lib. de Trinit. & Conciliis Nic. Chalced. Ephes. &c.*

GEUSII.

GEusii fuerunt fœderati illi nobiles, qui Bruxellis libellum Gubernatrici exhibuerunt, in quo prorogationem petebant edictorum Sacræ Inquisitionis recipiendorum. Cumque à quodam equite aurei velleris ipsorum lingua Geux, id est mendici, & nihilihomines vocarentur, & ab eodem Gubernatrici suasum esset minime ab illis formidandum, illud nomen oblata sibi hac occasione seditionis ciendæ libentissimè amplexi sunt, se & confœderatos vocantes Geuseos, ut apud omnes suos vulgatissima esset illa proclamatio: 1566.

Vive les Geux: simul & vascula lignea (qualibus utuntur mendici haulto vino) assumentes vestes cinericei coloris ad latus, vel collum appenderunt, quorum laminis argenteis inscripserunt. Quinta Aprilis 1566. Vive les Geux. Hi quamcunque doctrinam sequuturos esse, professi sunt, præter Catholicam, contra quam satis suam impietatem & crudelitatem ostenderunt, ut à veteribus Getis, Schytis, Barbaris, Tyrannis ad suos capitales hostes excruciandos, nullum tormentorum genus excogitatum sit, quo majus isti non excogitârint, (ut fuse tradunt Historici) ad omnium ordinum innumerabiles orthodoxos homines, spoliandos, vexandos, contrucidandos, pagos, urbes, templa hostili furore invadendo, omnia sanguine implendo, ut tali carnificinâ, vel elementa ipsa perhorrescerent.

Funestum Cacangelicorum Evangelium non degenerans ab Arianorum, Donatistarum, Iconomachorum, & consimilium crudelitatibus, unde illis perbellè quadrant, quæ scripsit Hil. adv. Const. Contra DEUM pugnas, contra Ecclesiam sævis, sanctos persequeris, Prædicatores Christi odis, religionem tollis, Tyrannus non jam humanorum, sed divinorum.

GNOSTICI.

1545. GNostici hujus seculi Calvino teste in instructione contra Anabapt. sunt qui priscorum Gnosticorum hæreses renovarunt. Dogmatizarunt animam esse de Dei substantia, & moriente homine Deo reuniri. Cæterum cum Anabaptistis sentiunt.

Error damnatus in Concil. Brac. 1. cap. 5. à Leone 1. epist. 95. alias 71.

GRIBALDI.

GRibaldi à Matthæo Gribaldo Jurisconsulto in Academia Tubicensi orti sunt, hujus dogmata sunt hæc. Deus verus, & æternus nullas habet personas, sicut enim brutum persona appellari nequit, ita nec Deus. Blasphemia ter maledicta est, cum Deus sancta Trinitas vocatur. Vera Ecclesia nullum alium invocare debet, nisi Deum Patrem. Si Trinitas in tribus personis subsistit, sequitur quatuor esse Deos, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, & quæ ex ipsis constituitur Trinitas. Paulus nihil scripsit de Trinitate. Christus & Apostoli nihil revelarunt de Trinitate, & hujus impietatem libenter sequuti sunt Trideistæ, de quibus infra. 1560.

Hæc hæresis damnatur ex scripturis Matt. ult. 1. Io. 5. Rom. 11. & in Conc. Lateran. & habetur de summa Trinitate, & Fide catholica cap. damnamus.

GUMMARIANI.

GUmmariani à Francisco Gummaro apostata Calvinista dicuntur, qui per omnia Calvino adhærentes, implacabile bellum gerunt cum Arminianis. Sic istæ duæ factiones, ut dicit Gudsmius in duo cornua dissectæ incedunt, ut Gummaro tanquam veteri, & genuino Calvinistæ adhæreant: alii propter novitatis Studium, & delectationem hæresiarchæ Arminio applaudant. 1563.

Omnes Hæretici, & alterutrum unusquisq; eorum condemnat; sicut variæ eorum, & instabiles in scriptis definitiones asseverant, Agatho Papa epist. ad Imperatorem Constantinum.

HAM-

H.

HAMSTEDEI.

1550. HAmstedei ab Adriano Hamstadeo ducunt originem; Hic docuit, *a* liberum esse, cuique infantes servare ad aliquot annos absque baptismate, nec ullius conscientiam hac in re ad certum tempus astringi posse. Item dixit, quod *b* credere Christum Dominum natum de muliere, & participem factum nostræ carnis, non sit credere in Religionis Christianæ fundamentum, sed fundamenti circumstantiam, ut qui talem articulum neget, non fundamentum Christianæ religionis, sed ejusdem circumstantiam neget. Hic è Zelandia in Angliam profugus, sententia Edmundi Londinensis Episcopi excommunicatus est, & post contumaciam cum comparere noluisset ad errores revocandos, in exilium ejectus es. In reliquis cum Anabaptistis sentit.

a *Damnantur in Concil. Parisiens. sub Ludovico, & Lothario cap.1. Concil. Milevit. cap. 2. & habetur de consecr. distinct. 4. c. Placuit Trident. sess. 7. c. 14.*

b *Sed bene Cassianus lib. 6. de Incarn. verbi cap. 17. Non credens in carne natum, necesse est etiam passum esse non credat, &c. Quomodo ergo circumstantia esse potest, quæ fundamentum est cæterorum articulorum?*

HESHUSSIANI.

1562. HEshussiani à Tilmanno Heshusio orti sunt, inter cæteros errores dixit libro de præsentia corporis Christi in cœna, objectione quinta, Quod Trinitas est unitas, unde Calvinus illum vocat Servetianum, sicut Boquinus Arianum, cæterum se Lutheranum in reliquis, & Augustanæ Confessionis Hyperaspistem ostendit. Sed cum etiam mollibus Lutheranis Sacramenti Eucharistiæ articulo, & Theodoro Bezæ bellum indixerit, difficile est divinare quid senserit.

Error damnatus ex Matth. c. ultim. & 1. Ioan. 5. & Concil. Lateran. & habetur cap. damnamus de summa Trinit. & Fide cathol.

HOFMANNICI,
aliàs Melchioritæ.

HOfmannici à Melchiore Hofmanno dicti, ex Lindano. Hic anno 1535. Argentinenses concionatores ad disputandum provocavit super his quos defendebat articulis, videlicet *a* quod Christus non assumpsit carnem ex Virgine, sed ex se factus sit caro, unam habens naturam. Quod è gratia *b* semel voluntariè peccando excidens, nunquam in gratiam restituatur. Quod salus nostra in nostris viribus sit collata. Errorem Chiliastarum, seu Millenariorum sequutum esse, nonnulli perhibent. 1535.

a *Damnantur in Symbolo Apostolorum Luc. 1. Rom. 1.*

b *Damnatur hic error Novatianorum Matth. 18. 1. Ioan. 2. lege Ambros. lib. de pœnitentia, Cypr. de Baptism. S. Thom. 3. p. q. 89.*

HUGONISTÆ,
seu Hugonotti.

HUgonistæ, secundum quosdam Hugonem Parisiensem Ludimagistellum, secundum alios, Hugonem Capetum habent auctorem. Hi armati Evangelium profitentes, ut ima summis miscerent, ut apparet ex quadam 1567.

dam Epistola sectarii cujusdam nomine Tissier, post binas conciones quotidianas, ad quas quotidie viginti millia hominum confluebant, tali ordine è concione redeuntes incedebant, scholastici sexcenti circiter armati vexillum gestantes, cum hac inscriptione. Virtute Duce, Comite Fortuna, insequebatur; excubiarum cum cohorte præfectus. Sequebantur deinceps sex alii inter eos auctoritatis viri, inter quos Beza; horum tergo ministri insistebant, eosdemque stipabant armati equites ad quadringentos. Post hos opificum, mulierum, juvenum imbellium turba veniebat. Claudebant agmen duodecim, quindecimve hominum millia, ensibus, sclopis, & aliis militaribus instrumentis, cum signo militari, cum hac inscriptione, Veritas parit odium. His ergo armatis ministris pompaticè incedentes, Evangelium que novum, sulphureum, dirum, ferreum adversus religionem, & proprium Regem buccinando, non solum Religionem ferme è Gallia exulare coegerunt, aris prophanatis, & templis funditùs eversis; sed cædibus, & incendiis, innumeris excursionibus, & quater illatis bellis funestissimis, oppida, urbes, Provincias, arces regias invadendo, ubique furoris, horroris, funerum, vastitatumq; signa reliquerunt. Cumque bellum pietati, & sanctitati primum indicere, deinde Democratiam (ut nullius Regis subditi essent Imperio) introducere moliti essent, ad alliciendos facinorosos, ut Catilina cum suis conjuratis fecit, illecebræ præpositæ sunt à ministris illis, helluonibus, avaris, libidinosis, & cæteris, quibus anima pro sale est: & partim Lutherica, partim Calviniana, partim Athea dogmata proposita sunt, ut in promptu diabolicum satellitium ad cædes, ad incendia, ad vastitatem, paratum haberent. Contra illos anno 1567. ut dicit Fr. Alphonsus Fernandez egregiis disputationibus Ecclesiam defendit noster Pater Fr. Petrus Divole Antisidiorensis, in quo illud memorandum accidit, quod cum quidam Hugenottus in publica disputatione adversus Virginitatem B. MARIÆ obloqui cœpisset, repente loquela amissa meritas dedit pœnas. Lege Concertationem Prædicatoriam Fernandez.

Hæc persecutio nota est, & tessera hæreticorum imaginem ejus præferentes, cujus instinctu loquuntur, dicente Domino Ioan. 8. Vos ex patre diabolo estis, qui fuit homicida ab initio: adversus Ecclesiam bellum gerens. Consimilia lege apud Athan. Apol. 2. Vinc. Lirin. lib. contra Proph. vocum novitates cap. 6.

HUTITÆ.

HUtitæ, ex Lindano, à Joanne Huto dicti sunt. Hic jactabat se esse corporaliter a populum Israeliticum Chananæorum omnium exciforem. Diem Domini brevi b instare ideoque ante ejus adventum omnia abligurienda, unde ad inopiam redacti delusi remanserunt, talem diem intempestive expectantes. Quondam simile in Polonia accidisse, refert Rescius. Recensentur inter Antilutheranos. 1530.

a *Proprium Pseudoprophetarum prophetare de cordibus suis, & dicere. Hæc dicit Dominus, cum Dominus non sit loquutus. Ier. cap. 14. 20. 27. Ezech. 22.*

b *Dies Iudicii ignotus 1. Thessalonic. 6. vide Concil. Later. sub Leone X. sess. 11. cap. 1.*

***

ICO-

I.

ICONOCLASTÆ Novi.

Generale est nomen sectarum. IConoclastæ novi ad exemplar antiquorum, sic dicti à Rescio, & Lindano, quod sacras imagines Christi, Deiparæ, & Sanctorum oppugnent, lacerent, aboleant, sub prætextu Idololatriæ extirpandæ, cum ipsi sint Idololatris pejores. Non puto hos facere distinctam sectam, cum hic error multis Luthericolis, Anabaptistis, & Calvinicolis sit communis.

Error damnatus ex Scripturis Num. 21. 3. Regum 7. in 2. Synod. Nic. act. 7. & 8. Synod. can. 3. Trid. sess. 25. cap. 2.

JENENSES.

1568. JEnenses sunt magistelli scholæ Jenensis, qui amplexi sunt Confessionem Ducum Vinariensium, & Illyrici doctrinam; sequentes Lutheranorum novem sectas (inter quas sunt Wittenbergenses) & Lipsenses damnant.

In istis illud impletum est: secundum numerum quippe Civitatum tuarum erunt Dii tui Iuda, Ierem. 2.

IMPECCABILES.

1544. IMpeccabiles dicti sunt quidam ex eo, quod docuerint, hominem baptizatum non posse amplius peccato inquinari, sed si quid pateretur humani ex virtute baptismatis deleri dicebant, & propterea iram DEI minime provocare. Pertinent ad Anabaptistas.

Damnantur Galat. 5. 1. Timoth. 1. & 4. Vide August. lib. de correct. & gratia cap. 13. S. Greg lib. 30. mor. cap. 32. & Conc. Trident. sess. 6. cap. 14.

INFERNALES.

INfernales dicti à Cochlæo, Inferiani à Staphyl. quod infernum negent, *a* & infernum dicant nil aliud esse, quam uniuscujusque sepulchrum. Et Christum Dominum non ad *b* inferos, sed in sepulchrum descendisse. Lubecæ, Hamburgæ, & Bremis ea secta grassata est. Sunt de factione rigidorum Lutheranorum ex eodem. In eodem errore immersum Brentzium in suo magno Catechismo, dicit Rescius. Bezam etiam ejusdem hæresis notâ aspersum patet ex editione suæ interpretationis an. 1588. ubi etiam rationem conatur reddere, (sed frustra) cur prima editione illud. *Non derelinques animam meam in inferno*, Psal. 15. expuncta voce *inferno*, sepulchrum substituerit, & postea pro anima, reddiderit cadaver, sic exponens. (Non derelinques cadaver meum in sepulchro.) 1550.

a *Damnantur Matth. 11. Luc. 8. & 16. Philippens. 2. Apocal. 9. 17. 19. 20. Gregor. 4. Dialog. c. 47. Olympiod. in cap. 3. Ecclesiast. Chrysostom. sermon. de præm. Sanctorum. Iren. lib. 5. cap. 31.*

b *Damnantur Matth. 12. 1. Petr. 4. & ex Symbolo Apostol.*

INFERNALES alii.

INfernales alii, ex Cochlæo, dicuntur, qui infernum concedunt, sed dicunt, animam Christi Domini descendisse ad inferos, non ad limbum, sed ad locum damnatorum, & ibidem cruciatus gehennales fuisse perpessum, cujus erroris perhibentur auctores Nicolaus Gallus, Smidelinus, & Calvinus, vide etiam Sanderum lib. 7. visib. Monarch. pag. 225. 1563.

Sed cum dicat Apostolus Petrus epist. 1. cap. 1. quod Christus peccata nostra, id est, pœnas peccatorum portavit super lignum, jam sit exclusio aliarum pœnarum post mortem, unde in cruce Ioan. 19. dixit, Consummatum est. Impium quoq; est, subjicere animam Christi igni, tenebris &c. pœnis tartareis, cum hæ impiis debeantur.

INTEREMISTÆ Cæsarei.

1548. INteremistæ Cæsarei dicti sunt ab Interim confecto contra Cæsaris Interim, hoc est libello edito pleno scommatibus, & subsannationibus contra Cæsarem, Pontificem, Sacramenta, &c. sannis, & conviciis, aspersa, a Interim libellum Cæsareum proscindentes, & de illa voce ludentes. Hi nulla alia in re se Lutheranos profitebantur, nisi quod, nec calicis b usum, nec uxores c à Sacerdotibus aufferri volebant. In reliquis cum Catholicis sentientes.

a *Sed quod metu, seductione, vel nimia indulgentia, aut alio respectu Imperatores ad tempus talem licentiam permiserint, quos postea pœnituit, ostendit Pam. de Rel. div. non admitt. cap. 24.*

b *Damnantur ex Concil. Constant. sess. 13. Trident. sess. 21. can. 1.*

c *Error damnatus in Concil. Carthagin. 4. can. 104. Trident sess. 24. can. 9.*

INTEREMISTÆ Francici.

1549. INteremistæ Francici fuerunt quidam Ministri, ex Rescio, qui in Interim Lipsensi quædam mutarunt, & emendarunt, etenim cum Lipsenses decrevissent Sacramentum recludendum in pixide, quod faciunt Catholici, & contra Catholicorum morem decrevissent, etiam sanguinem Christi servandum in argentea lagenula, utrumque Francici respuerunt, & unum eorum in hanc sententiam prorupisse ferunt, idcirco non esse id permittendum, cum dicatur Pater noster, qui es in cœlis, non qui es in lagenula.

Damnatus error est in Conciliis superius citatis, præsentiam Christi Domini in Eucharistia negare, & sub ejus speciebus verum Christi corpus non contineri.

INTEREMISTÆ Lipsenses.

INteremistæ Lipsenses sunt, qui & Adiaphoristæ, ex Lindano, sic dicti 1548. ab Interim Lipsensi, ut dictum est supra verbo Adiaphoristæ, qui etsi contra Lutherum septem Sacramenta, & veteris religionis cæremonias, operum necessitatem amplecti videntur, tales tamen sunt (ut illis tribuit Vigandus, apud Rescium) quod propter nonnullas eorum perplexas, & ambiguas loquutiones à doctrina Lutheri, ne pili declinare videntur. Propterea inter Semilutheranos recensentur.

Lege, quæ annotavimus supra verbo Adiaphoristæ.

INVISIBILES.

INvisibiles vocantur hi, qui nullam in terris visibilem agnoscunt Ecclesiam, 1540. ut prius dixerant, Luther. & Melanchthon, quod postea retractarunt. Verum Illyricani, Svvenckfeldiani, Osiandrini, Anabaptistæ, quam semel biberunt hæresim, etiam nunc sequuntur. Recensentur sectarii isti inter rigidos Lutheranos.

Error damnatus Matthæi 18. Actuum 28. ab Augustin. lib. 3. contra epist. Parm. tract. 1.

in

in Epist. Ioan. & alibi. Chrysostom. hom. 4. in cap. 6. Isaia.

ISCARIOTISTÆ.

1560. ISCariotistæ sic dicti; quod negent Judam Corpus Christi sumpsisse. In reliquis sunt Lutherani. Refert Sanderus hoc docuisse Calvinum & Svvenckfeldium.

Damnantur à Dionys. de Eccles. Hierarch. cap. 3. August. tract. 62. in Ioan. Chrysostom. homil. 46. in Ioannem. Lege Sanctum Thomam 3. parte quæ. 81. art. 3.

JUDAIZANTES.

1544. JUdaizantes, qui in Lithuania Semijudæi dicuntur, sunt sectarii illi, qui à porcina abstinentes, sabbathum custodientes, & circumcidi se patientes dogmatizant, quod nisi lex Mosaica servetur, non potest quis salvari. Hoc nomine Semijudæi, Glirius in eadem Lithuania Minister cohonestatus est, & ejusdem Lithuaniæ Principem eadem hæresi infectum tradunt. Lege Rescium. Pertinent in reliquis ad Anabaptistas.

Damnantur ex Scripturis allatis verbo Circumcisi.

JUDÆOCHRISTIANI.

Generale est nomen sectarum, quarum errores suis locis damnati sunt verbo David Georgiani, Servetani &c.

JUdæochristiani vocati sunt à Rescio illi, qui charactere baptismali initiati, Judæorum profitentur errores, vel negando Christum, ut Georgius David, vel S. Triadem, ut Servetus, vel cultum sacrarum imaginum, ut Iconomachi, aut Iconoclastæ novi, vel abhorrentes Jesu nomen, ut Coubrigius, vel signum Crucis, ut Brentzius, sabbatha sanctificantes cum Carolstadio, matrimonia contrahentes ad præscriptam normam legis Mosaicæ cum Melanchthone, circumcisione utentes cum Anabaptistis, è canone multos libros more Judaico truncantes cum fere omnibus Cacangelicis. Hi ergo omnes ob renovatum Judaismum meritò Judæo-Christiani appellari meruerunt.

JUDÆOTRINITARII.

JUdæotrinitarii, ut dicit Alphonsus Pisanus, orti sunt à Daniele Bielenski, cum primo ab Ebionitis defecisset, qui, cum prius asseruisset Christum purum hominem, & postea nec hominem natum doceret, sed nasciturum promitteret; propterea à Samosatenicis Judæotrinitarius appellatus est. Plures Judæorum antiquatas cæremonias servandas docuit, excepta carnali circumcisione, cujus signaculum volunt fieri in corde spiritu, & non littera. Sanguine, & suffocato abstinendum voluit, ut Apostolis obedire monstraret, sed non à fornicatione, ut Luthero morem gereret. 1584.

Damnatur ex iisdem locis, verbo Circumcisi, relatis.

JUSTIFICATORII.

JUstificatorios meritò appellandos censet Lindanus, qui uniformiter in cæteris Lutherum sequuti, difformes reperti sunt in articulo justificationis. Aliis justitiam nostram fidem esse asserentibus, aliis sanguinem Christi, aliis esse Deum peccata non imputantem, aliis justitiam ipsius Dei, qua ipse justus est. Hi cum Osiandro se è diametro opponerent, nihilominus cum à Duce Prussiæ judicium peteretur à quatuor- 1544.

decim prædicantibus, seu Pastoribus sectarum de eodem justificationis articulo, responderunt liberrimè plus esse inter sese, quam cum Osiandro discordiæ & dissensionis. Unusquisque siquidem illorum propriam, ut sibi videbatur tentans obtrudere justificationis definitionem à cæteris discordabat, ita ut omnes quidem contrariam traderent, nullus Catholicam.

Vera, & catholica justificationis doctrina à Concil. Trident. traditur sess. 6. de justificatione. Lege S. Thom. 1. 2. quæst. 113. per totum.

L.

LAICOCEPHALI.

1534. Laicocephali propriè sectarii sunt pertinentes ad Anglicanum Schisma. Ubi enim Henricus VIII. ab unitate Ecclesiæ se præcidit, Anglicanæ Ecclesiæ caput se constituens, non defuerunt ministri, qui in ejus insaniæ confirmationem libellos ederent, asserentes primo Henricum, mox Eduardum, & tandem Elizabeth esse summa capita Ecclesiæ Anglicanæ, & Hiberniææ, immediatè post Christum Dominum, in causis tam civilibus, quàm spiritualibus. Inter istos defensores numerantur Sampson, & Marisconus. Sed & ipsi Reges, & Regina talem commentitiam potestatem firmare volentes, edicto caverunt, ut qui juramento illam profiteri renueret, in vincula conjiceretur, deinde fortunis omnibus, mox vita spoliaretur, quod tanto Catholicorum cruore præstitum est, ut moderna Anglicana persequutio, nascentis Ecclesiæ persecutionibus æquetur. Legantur de hac re Sanderus, Philopater, & alii, qui de schismate, & persecutione Anglicana, abundè scripserunt. Eandem hæresim sequitur Jacobus Rex Angliæ modernus, qui similiter suis subditis, idem Barbarum intimavit juramentum, ut se caput esse Anglicanæ Ecclesiæ sicut fecerant Henricus, Eduardus, Elizabeth, tam in temporalibus, quam in spiritualibus profiteantur. Ejus tenebras dominus expellat, Fidei lumen infundens, ut sicut nunc defensoris Fidei, (quod à Capite Christianorũ Leone X. cum publice Ecclesiam tueretur Henrico VIII. tributum est) titulo se honestat, cum tamen Fidei sit desertor, id opere perficiat, de quo inaniter sola voce gloriatur.

Primatus S. Petri, & Successorum habetur:

Ex Script. Matth. 16. Ioan. 21. Act. 1.

Ex Conciliis Nicen. can. 6. Constantinopol. act. 47. Synod. act. 2. &c.

Ex Patribus Ignatio epistola ad Romanos. Irenæo lib. 3. cap. 3. Epiphan. hæres. 68. Basil. epistola 52. Cyprian. lib. 1. epist. 8. Opt. contra Parm. lib. 3. Hieron. epist. ad Damas. August. epist. 162.

LASCANI.

Lascani orti sunt à Joanne Lasco Barone Polono, qui è Polonia discedens Angliam adiens Superintendens peregrinorum dictus est. Verum inde ejectus, succedente Regina Maria Eduardo Sexto, in Poloniam rediens, dedignans in materia Cœnæ Calvino, Zvvinglio, aut Luthero subscribere, hanc novam sententiam excogitavit, ut pronomen Hoc, non ad panem, ut cæteri Zvvingliani, sed ad totius cœnæ actionem referret, ac si dictum fuisset, panem accipere, benedice- 1530.

dicere, frangere, distribuere, & manducare; Hoc totum est Corpus meum. Sic dicit Sanderus. Porro ex Rescio explicatio verborum cœnæ, hæc erat. Hæc est societas vobis gratuito, delata, jus & usus illius in meo corpore. Hæc est cœnæ instituta forma, ceremonia, ipsaque externa actio. Hæc est visibilis extremæ voluntatis meæ contestatio.

Damnantur à Concil. Roman. sub Nicolao Secundo, & altero sub Gregorio Septimo. Later. sub Innocentio Tertio cap. 1. ubi transubstantiationis dogma de fide definitur in Concil. Florent. in union. Armen. & Trident. sess. 13. cap. 4. & can. 1. & 2. Et ex cap. 1. ejusdem Trid. extorta hac expositio refutatur.

LIBERTINI.

1525. Libertini, ex Lindano, dicti à libertate quam prædicant. Viretus vocat hoc genus hominum fanaticum in quibus revixisse apparet antiquos Gnosticos, quibus scripturæ germanus sensus displicet; Christus est illis satan, vitium virtus & contra. Nullum ajunt esse peccatum nisi eorum *a* opinionem qui peccare se putant. Infernus, *b* illis est timor Dei, quo conscientia convincitur, Paradisus *c* eadem conscientia divini judicii timorem contemnens. Calvinus multas sectas sub hoc nomine militare in Hollandia, & Brabantia scripsit, & in Gallia Quintinistas à Quintino quodam sartore Picardo vocari, & cum quodam Coppino Insulano ibidem varias hæreses collectas è Cerdonistis, Manichæis, Marcionistis sparsisse. Omnia simulare, *d* & dissimulare pro fundamento jaciunt sui Evangelii. Spirituales *e* se jactant, eò quod sequantur spiritum vivificantem, ut carnales decipiant, nempe non suæ aræ porcos. Omni impietati sectarum se immiscent. Scripturas pro fabulis habent, earundem litteram despiciunt, eò quod sequantur (ajunt) suum spiritum vivificantem. In Apostolos debacchantur, vocando Paulum vas fractum, Joannem Juvenem stolidum, & cætera. Unum spiritū tantum statuunt *f* immortalem nempe Dei, Angelos, animas nostras dicentes nihil esse. Christum esse Redemptorē *g* eo titulo tantùm, quòd in eo sit figuratum nostrę salutis mysterium, unde, & quidam eorum *h* negant in cruce fuisse mortuū realiter. Malum nihil *i* esse, & ejus esse Deum Auctorem. Regenerationem *k* spiritualem collocant in eo, quod nullo remorsu, nullo Dei, & divini judicii timore tangantur, & propterea dicunt, omnia homini esse licita, sine ulla exceptione; omne *l* vivendi genus probantes, latronum, meretricum, &c. Matrimonium solvi volunt, ubi tædium in altero eorum intercesserit; ob id laudant promiscuos concubitus, modo alter altero sit contentus, unde concubitus istos spirituale matrimonium, matrimonii vero Sacramentum carnale esse dicebant. Communionem *m* Sanctorum dicebāt esse communionem bonorum temporalium; ideoq; suadebant, ut quisq; raperet quantum poterat. Resurrectionē jam *n* factam dicebant, nec aliud expectandum judicium. Et Christianos surrexisse, quando *o* sciant (inquiunt) animam humanam esse factam spiritū Dei immortalem, imo in essentiam Dei redire, eique ita jungi, ut unius spiritus maneat. Hæc ex Calvino se ipso confutante, dum Deum peccati auctorem etiam facit, ut illi objecit Servetus. Item Viretus facit hos sectarios Catabaptistarum prolem.

a *Damnantur ad Galatas quinto, & alibi.*

b *Lege Scripturas, & Patres relatos verbo Infernales, contra hunc errorem.*

c *Paradisus qui nam sit habetur ex Luc. 23. & 2. Corinthiorum 12.*

d *Fidei Confessionis necessitas habetur Romanorum 10.*

e *Damnantur Romanorum 1. & 2. Tim. 3. Lege annotata verbo Enthusiastæ.*

f *Lege quæ contra hunc errorem adducta sunt verbo Athei.*

g *Damnantur ab Apostolo 1. Tim. 2. Heb. 9. & 15.*

h *Et Ioan. 19. Romanorum 4. & Symbolo Apostolico.*

i *Sapient. 11. Os. 13. Abac. 1. 1. Tim. 4. Iacobi 1. &c.*

k *Psalm. 14. & 36. Proverbiorum 1. & 8. Ecclesf. 27.*

l *Et Ephes. quinto.*

m *Sanctorum Communio est participatio omnium spiritualium bonorum, quæ fiunt in Ecclesia ex Psalm. 118. Galat. 6. Lege Hosium ubi sit vera Ecclesia cap. 3.*

n *Damnantur 2. Timoth. 2.*

o *Et à Leone primo epistola 95. alias 71. cap. 5.*

LIBERTINI
secundi generis.

1545. Libertinorum aliud genus recenset Bullingerus, qui Deo peccatum adscribunt, ac operatum fuisse *a* Cain, Saul, & Judæ peccata. Negantes pariter carnis *b* resurrectionem. Vide Lindanum.

a *Damnantur in Concilio Tridentino sess. 6. can. 6.*

b *Et ex Symbolo &c.*

***

LIBERTINI
tertii generis.

Libertini tertii generis videntur poni à Lindano quidam, qui, etsi carnis resurrectionem non negent, faciunt illam nimis spiritualem, *a* sicut alii nimis carnalem, quasi ebrius poculum, epulo gallinam assam manu tenens resurgeret. Resciustamen citans Lindanum, putat illos Anabaptistas ad hoc tertium genus attinere, qui cum Origene Angelis apostatis, & damnatis hominibus veniam post judicium pollicentur. Veterisque *c* testamenti Scripturam negant, contenti novo, usque dum sapiat palato suo. Sed re verâ cum Lindanus dicat, & aliud genus Anabaptistarum, quod Dei Misericordiam omnibus hominibus, & dæmonibus pollicetur, & postea postremum genus Anabaptistarum est, quod vetus testamentum planè rejicit, potius sectas Anabaptistarum numerat, quam tertium illud genus Libertinorum affirmat. 1550.

a *Damnantur 1. Corinth. 15.*

b *Error fuit Origenis damnatus Matthæi 25. in Concil. Lateran. cap. 1. in 6. Synodo in epist. Sophronii.*

c *Damnantur Lucæ 22. Ioan. 1. Romanorum cap. 1.*

LIBERI FRATRES.

Liberi fratres sic dicti, quidam Anabaptistæ, ex Coccio, & Lindano, quod Christianam libertatem in effrænam, & divinæ legis vinculis solutam licentiam vertunt, per exemptionem ab obedientia *a* Principum, à decimis & vectigalibus solvendis. Communia omnia habent, & uxores communes, 1544.

nes, & conjugia inter fratres dicunt esse *b* spiritualia. Nec patiuntur uxores infidelibus maritis reddere debitum. Et ut uno dicamus verbo, quicquid libet, sibi licere putant, eo prætextu, quòd post anabaptismum negent posse peccare, & si peccare contingat *c* carnem solùm dicant peccare. Ad tantam perfectionem se *d* jactant pervenisse, quod non solum buccis inflatis concrepent, Deo factos assimiles, sed sese jam indigetes, ut habet quidam impius titulus affixus libello, N. (By Eenen Eenen vergodischen Menschen) hoc est auctore N. Viro deificato, qui tamen filatoriam artem, prius Amsterdami exercuerat, & postea repente uno die creatus Theologus, adeò à suis dignus est habitus magistellus, ut magnas duceret Colonias. Domus Charitatis ab his parum differt. Vide Rescium.

a *Damnantur 2. Corinthioru 2. Coloss. 3. Heb. 13. Rom. 13.*

b *Damnantur locis adductis verba Communia habentes, & verbo Anabaptistæ.*

c *Damnatus error supra verbo David Georgiani.*

d *Similem perfectionem asserebant Begardi damnati in Clement. ad nostrum de haret.*

LINGUATARII.

1544. Linguatarii, ex Rescio, sic dicti, quod sibi concessum ajebant Apostolicum donum *a* linguarum, tanquam eorum successoribus, & legitimis hæredibus. Nonnulli, qui huic sectæ nomen dabant, gloriabantur se sacra posse legere, etiamsi antea, nec novissent, neque didicissent. Pertinent ad Anabaptistas.

a *Charismata Spiritus Sancti in Ecclesia Catholica reposita sunt, & ut dicit Augusti in Ioan. tract. 32. jam ipsa Ecclesia linguis omnium gentium loquitur, in qua, qui non est non accipit Spiritum Sanctum.*

LOISTÆ.

Loistæ ab Eligio quodam sic dicti in Antuerpia, qui omnia simulans, & dissimulans, ut dicunt Rescius, & Lindanus, in templis versabatur, sacerdoti sacrificanti deserviens, & tesseram Calicis, sacris vestibus innotatam, in erroris pristini pœnitentiam circumferebat. Sed habitum non animum mutans, Deum hominesque ridebat. Alii ejusdem factionis volunt nominari Rysvvicanos à mago quodam ignibus consumpto, Hagæ 1510. nomine Hermanno Rysvvyck. Ejus germina nunc per Frisiam repullulant. Horum genus hominum ad Atheos pertinet. 1566.

Horum temeritatem confuta ex Hier. epist. ad Paulinum.

LUTHERANI.

Lutherani à Martino Luthero originem ducunt, ut supra dictum est, dividuntur autem in rigidos, molles, & mistos. Inter rigidos numerantur Flacciani, Iberiani, Bisacramentales &c. de quibus in tabulis. Inter molles sunt Adiaphoristæ, Quadrisacramentales, &c. Inter mistos sunt Confessionistæ, Recalcitrantes, vide Staphylum. *Generalissimum nomen sectarum.*

LUTHEROCALVINISTÆ.

Lutherocalvinistæ dicuntur à Staphylo, quidam Lutherani molles, qui Berengarii dogma sic temperant in materia Eucharistiæ, ut etiam Calvini Sacra- 1550.

Sacramentariam hæresim, jam in Augustana Confessione approbatam, persuadere conantur, ut idem Calvinus testificatur. A Rescio verò dicuntur ii, qui inter Lutherum, & Zvvinglium, dicunt solùm esse logomachiam, seu quæstionem de nomine in re Sacramentaria, & utrumq; posse facilè conciliari. Hoc nomine perstringitur Brentius ab Ambsdorphio. Vide Rescium, & Gaulterum, qui Smidellinum faciũt hujus sectæ auctorem.

Sed omnis ista temperatura, nec hæreticos inter se concordes facit, & à concordia Ecclesiæ (quæ transubstantiationem prædicat, supra probatam) discordat.

LUTHEROSIANDRINI, aliàs Mediosiandrini.

1552. Utherosiandrinos, qui & dicuntur alias Mediosiandrini, vocat Lindanus, eos, qui Lutherum cum Osiandro, in articulis de justificatione concordare conantur. Ubi enim Lutherus dixit hominem justum haberi imputative, & Osiander justum haberi per justitiam qua Deus justus est, ipsi sic concordant, ut Lutheri dictum verificetur in hac vita, Osiandri vero, post hanc vitam, sic expresse Brentius conciliat, quem Theologi Tubingenses, ut dicit Staphylus, sectantur. Lege etiam Rescium.

Discors semper istorum concordia, quæ omnia cum doctrina justificationis catholica in Concil. Trident. definita sess. 6. can. 7. & c. 10. minime concordant.

LUTHEROPAPISTÆ.

1560. Utheropapistas vocat Lascus apud Rescium, Westphalum, & sequaces illos, qui ad instar Romani Pontificis Sacramentarios excommunicarunt, Heshusius vero vocat Wittembergenses & Lipsenses, qui interdum cõfessione Augustana omisâ, Pontificis Rom. doctrinam recipere permittunt. Vide etiam Lindanum, Rescium, & Surium anno 1560.

Hæc est sectariorum miseranda conditio ex Lirinens. lib. contra Proph. vocum novit. c. 25. Ut nunc quà ventus impulerit, incitato errore rapiantur, nunc in semetipsos reversi, tanquam cõtrarii fluctus elidantur.

LUTHEROZWINGLIANI.

Utherozvvingliani sunt, qui Lutherum cum Zvvinglio concordare studuerunt, in materia Cœnæ, quem cum cõcordare nõ potuissent, Zwinglianis demum subscripsere. Talis extitit Melanchthon inter cæteros, ut apparet in suo judicio de cœna Domini. Talis etiam, & Brentius accusante illum Amsdorphio. Vide Rescium, & Surium. 1566.

Sed utriq; sentientes contra Concilia, & Patres sup. citatos, transubstantiationem profitentes, à veritate exciderunt.

M.

MACEDONIANI Novi.

Acedoniani Novi ab Hosio lib. de hæres. nostri temporis vocantur sectarii quidam hujus temporis, qui Macedonii hæresim damnatam in Concilio Constantinopolitano primo renovarunt, negantes nimirum Spiritus Sancti Deitatem. Tales fuerunt Joannes Campanus, & Michael Servetus, qui 1532.

qui non solum Arii, sed Macedonii errores, inquit Hosius, in lucem revocare conati sunt. Sed & Lindanus, scripsit Farellum Calvini Magistrum Spiritum Sanctum negasse, esse natura Deum, & solum esse motum in rebus creatum, teste Petro Carolo epist. ad Card. Lotharingum. Vide Lindanum, Surium, & Rescium.

Damnantur in Concil. Nicano. & Rom. sub Sylvestro Primo, & à Damaso in Professione Fidei ad Paulinum, & à Conc. Constantinop. can. 1. &c.

MACCHIAVELLISTÆ.

Macchiavellismus est omnium hæresium colluvies, & hodie in diversis hæreticorum & politicorum locis castrametatur.

Macchiavellistæ à Nicolao Machiavello Florentino ducunt originem, cujus inter cætera sequentia recensentur paradoxa. Suadendum Principibus ut Religioni Christianæ præferant Ethnicam, Christianæque Religionis Doctores parvipendant. De Ecclesia Romana pessimè sentiant. Suo judicio, & prudentiæ innitantur. Pietatem veram, veramque religionem si non habent, simulent. Mosaicam legem armis, non Dei potentiæ fuisse innixam. Moribus pravis Civitatem imbuendam, si sine bello de ea volunt ulcisci. In Provinciis subactis sic collocandas colonias, ut veteres incolæ ablegentur, resistentes vero funditus deleantur. Expedire Principem plus timeri quam amari. Contemnendam crudelitatis famam, dummodo subditos in officio contineat. Stultum esse putare, novis benefactis veterum injuriarum induci oblivionem. Nullius amicitiæ fidendum; si quem plectere vult speciosam causam prætexendam. Tollendos de medio publici amantes. Religionem colendam tantisper, quantum commodis, & utilitatibus inservit. Tempori, & occasioni, & Principum auribus fidei regulam attemperandam. Religione ut gygis annulo utendum; quod si amplior sit spes dilatandi Principatum, tunc fidem, cum homine exuendum. Regem esse super omne jus divinum, & humanum, omniaque in subditos posse si libet. Horum dogmatum, ne tali Atheo etiam erroris detur palma, non ipse prior extitit auctor, cum eorum semina Gentilitatem jecisse appareat, ut est videre luculenter apud S. Augustinum 2. de Civitate Dei cap. 20. ubi inter cætera hæ leges Pseudopolitiæ traditæ leguntur. Populi plaudant, non consultoribus utilitatum suarum, sed voluptatum largitoribus. Non jubeantur dura, non prohibeantur impura. Reges non curent, quam bonis, sed quam subditis regent, &c. ad quem lectorem remittimus. Libenter hanc Macchiavellicam doctrinam Pseudopolitici multi sunt sequuti, (inter quos præcipui sectatores recensentur, Molinæus, Bodinus, Philippus de Mornay, & Miles de la Nuua, & alii, (lege Possevinum in sua Biblioth.) cum religionem, quo velint trahant, & trahi non se sinant à religione, qui etsi verbis Deum se nosse fateantur, factis autem negant.

Contra Macchiavellum scripsit Thomas Bozius, & contra alios Macchiavellistas, alii similiter, nempe Possevinus contra Militem de la Nuua &c. in Biblioth. sac. Osorius de Nobil. Christiana, Innocentius Gentilettus de regno, aut quovis Principatu, recte, & tranquille administrando, Lipsius in sua Politica, & alii ad quos lectorem remitto.

***

MAJESTATICI.

1544. MAjestatici sic dicti sunt à Sturmio apud Rescium, quod majestatem corporis Christi tanti esse prædicent, ut sit in omnibus rebus, & locis, etiam in arborum foliis, fœtidis coquinis, ut ubique comedi possit, & novam hanc distinctionem corporis Christi commenti sunt, nimirum, quod corpus Christi possit considerari tripliciter, naturaliter, gloriose, & majestatice, dicentes, quod corpus Christi sit in Eucharistia majestatice, non physicè, carnemque Christi esse omnificam omnipræsentem &c. Hos autem Sturmius vocavit Ubiquitatis sponsos, nominatimque recenset Smidellinum, Chytræum, Pappum, Osiandrum, aliosque concordiæ Bergensis. Sed & Martinus Kemnitius trimembri alia distinctione utens dixit, quod præsentia corporis Christi tripliciter considerari potest, primò, ut visibilis, & mortalis, & talis fuit ante resurrectionem. Secundo, ut immortalis, & visibilis, qualis ante ascensionem. Tertio ut immortalis & invisibilis, qualis post ascensionem, usque ad consummationem seculi, & hanc præsentiam statuit ipse in Eucharistia, ut Ubiquitatem statuat.

Ubiquitas proscripta à Script. Luc. 11. Beatus venter, qui te portavit &c. Et Patribus Ambros. 2. de fide cap. 4. Chrysost. in cap. 3. Io. Cyrill. lib. 11. in Ioan. cap. 21. Leon. serm. 2. de Ascensione, Vigilio lib. 1. contra Eutychetem.

MAJORISTÆ.

1550. MAjoristæ docent bona opera esse necessaria ad salutem, etiam infantibus, ex Rescio. Cæterum Lutheristæ sunt, & ad mollium castra pertinent.

Error Hieracitarum jam pridem damnatus, ut patet ex August. lib. de hæresibus 27. & Epiph. hæres. 67.

MANICHÆI Novi.

MAnichæi novi dici possunt, ex Lindano & Rescio, sectarii illi, qui negant liberum a arbitrium, impossibilitatem legis Dei implendæ asserunt, ut Lutherani, b vel corpus Christi phantasticum prædicant, ut Anabaptistæ, vel baptisma in aqua non esse necessarium ganniunt, ut Svvenckfeldius. Testatur Stancarus apud Rescium, è schola Calvini errores istos in Poloniam asportatos. Lindanus in tabulis Analyticis scribit Svvenckfeldium de sentina Manichæorũ excogitasse Christum non esse conceptum ex sanguine Virginis de Spiritu Sancto, sed aliunde corpus assumpsisse. 1545

a *Contra horum errores pugnat August. de gratia, & libero arbitrio, Conc. Arau. Milevit. Trid. sess. 6.*

b *Damnationes horum, aliis vide titulis, V. Anabaptistæ, Svvenckfeld.*

MANIFESTARII.

MAnifestarii sunt secta Anabaptistæ, & quidem sic dicti, ex Staphylo, quod Clanculariis è regione oppositi, putant impium esse, si cum rogantur, se negent esse (quod sunt) Anabaptistas. Frequentes esse in Prussia, scribit Rescius. 1544.

Sed hæc hæresis est adeo impudens, quod cum sit illa meretrix Ægyptia Iosephum, hoc est,

est, Catholicum infamans, in publico videri vult pudica.

MANSFELDENSES.

1532. MAnsfeldenses sic vocati ex Lindano, & Rescio, quod confessionem sectentur Comitum Mansfeldensium juniorum novam Lutheranis doctrinam invehentes, non paucas alias Lutheranorum sectas damnantes, præcipue Adiaphoristas, Melanchthonicos, Osiandricos, & Stancaranos. Sunt Lutherani rigidi.

Sed scissio ista nota est hæreseos, vide August. de hæresibus 48. Epiph. hæres. 8. Theod. lib. 4. hæret. fabularum.

MANUS IMPOSITORII.

1535. MAnus impositorii à Staphylo dicuntur ii sectarii Confessionistæ rigidi, qui in Pomerania altercantur, utrum impositio manuum sit Sacramentum.

Ordinem esse Sacramentum probatur ex Act. 13. 1. Timoth. 4. 2. Tim. 1. Greg. lib. 4. in lib. Reg. cap. 5. Concil. Florent. in union. Trid. sess. 23. cap. 2. & can. 3.

MANNARII.

1560. MAnnarii sic vocati à Lindano, & Rescio, quidam sectarii Sacramentarii, quod illud manna se asserant in cœna manducare, quod antiquitus Judæis datum est. Unde à Judæis nihil variant, & à cæteris Sacramentariis discordant, nec ut corpus, nec speciem corporis, nec signum, nec figuram, nec succum corporis accipere dicant.

Damnantur ab Hil. 8. de Trinit. Nissen. oratione catechetica cap. 37. Chrysosto. hom. 52. in Matth. Cyrill. Hierosol. catech. 4. Conc. Lateran. Florent. Trident. toties supra citatis, & ab ipso Christo Domino Ioan. 6. Patres vestri manducaverunt manna, & mortui sunt.

MARTYRIANI.

MArtyriani à Petro Martyre Sacramentario apostata Canonico Regulari, olim Priore Conventus S. Petri ad Aram Neapoli, ducunt originem. 1549.
Docuit Deum *a* non posse corpus Christi sub specie panis exhibere, ac proinde non posse fieri, ut verum corpus manens existat in pluribus locis, & hoc esse de illorum genere, ad quæ Dei potentia non se extendit, sic scripsit contra Stephanum Vintoniensem Episcopum, post objectionem undecimam. Unde formam *b* consecrationis sic exponebat. Hæc est figura, vel signum corporis mei. Docuit etiam, quod cum fores essent clausæ, *c* Christus Dominus, ad discipulos intraverit per fenestras, non per clausas fores transierit, quod prius docuerat Berengarius, Sacramentariorum Primipilus, quem sequuti sunt postea Calviniani, Zvvingliani, & reliqua fex Sacramentariorum. Insuper dogmatizavit, quod cum in sacris litteris non fiat mentio de Virginitate perpetua B. MARIÆ, non sit ille articulus recipiendus inter ea, quæ necessario credi *d* debent. Hic cum Bucero è Germania, in Angliam evocatus, sepultis Henrici VIII. & Lutheri decretis, tanquam vetustis, ac jam malefidis stationibus, Zvvinglianum dogma, novamque religionis formulam, tanquam portum securum, Eduardo Semeyro Regis pueri avunculo, amplectendum suasit, (ut dicit Philopater) & cathedram pestilentiæ Oxonii regens,

multos corrupit. Lege Sanderum lib. 7. de visib. monarch. Florim. lib. 3. cap. 5. n. 2. Gaulterum. P. Antonium Caracciolum, virum eruditissimum in vita Cajet. Tienens. Vide Theomach. Feuard. lib. 6. c. 3.

a *Damnantur ex Symbolo Apost. & innumeris Scripturæ locis, quibus omnipotentia Dei prædicatur.*

b *Damnantur ex Patribus Damasc. lib. 4. cap. 14. Chrysostom. lib. 3. de sacerd. Trid. sess. 13. sæpius citato, & S. Thom. 3. p. quæ. 75. art. 7.*

c *Ex ipso textu cum Patrum expositione refutantur aperte Hil. 3. de Trinit. Ambros. in Luc. lib. 10. cap. 24.*

d *Articulum Fidei prædicant Symbol. Apost. & Nican. & Patrum & Ecclesiæ Confessio.*

MASSILIANI Novi.

1514. MAssilianos novos vocat Lindanus, antiquorum Massiliensium errores renovantes, videlicet, Baptismum homines non sanctificare, nec sordes expiare, sic Lutherus & Calvinus dixerunt: & Svvenckfeldius, adeo inefficacem baptismum reddidit, ut dixerit, quod post tinctionem peccatum originis vere maneat, nec cor, nec animus peccati labe expurgetur.

Damnantur ex sacris litteris Ezech 36. Ioan. 13. Qui lotus est &c. Colossen. 2. Concil. Trid. sess. 5. can. ult.

MEDIATORES, seu Moderatores.

1578. MEdiatores, seu Moderatores, alias Pacificatores, dicti sunt illi Novatores, qui in duas partes claudicantes volebant non tam Catholicam Religionem extinctam, quam Cacangelicam florentem. Hujus farinæ extitit Cassander libro inscripto Viæ Commonstrator, qui etsi traditionem commendare videatur, admonens, ut discernatur, quæ sit Apostolica, quæ Pontificia, quæ Episcopalis, *a* nihilominus docere videtur solam scr pturam ad solidam fidem sufficere, per traditionem vero solummodò juvari ad ea, quæ scripta sunt intelligendum. Istam vero traditionum differentiam, sicuti & controversiarum compositionem debere fieri in Conciliis ab hominibus utriusque partis, inter quos est controversia. Nec parum conferre dixit, (auctor libelli, cujus titulus est, Defensor insontis libelli) insistere vetustis Ecclesiæ magistris, interim tamen stante discussione dum consuluntur, Traditio, vetustas, &c. licitum esse Christiano suspendere judicium, etiam in illis articulis ab Ecclesia, sub anathemate ad credendum propositis. Ad hos pertinet auctor illius libri inscripti de officio pii viri, id est Veranius, qui etsi cæremonias *b* laudet, & potestatem illas condendi in Ecclesia esse fateatur, nihilominus multas tollendas vult, si in illis abusus contingat, aut observantia illarum impossibilis, aut noxia appareat, ut jejunia, inquit, & delectus ciborum, innovari similiter cupiens circa Eucharistiam Calicis usum, ut Laicis detur. Extat, ut dicit Sanderus, liber alius inscriptus de officio pii viri, & Christianæ pacis veri amantis, vigente hæresi. Ubi scribitur ab auctore illius libri, qui Cassander creditur, quod qui Christo capiti, & reliquo Ecclesiæ corpori, charitatis vinculo connectuntur, nullo modo, ut schismatici, & hæretici habendi sunt, etiam si ab alia Ecclesiæ potentiore parte, &

Prin-

Principatum tenente, rejecti & separati videantur. His mediatoribus adjungi potest quædam secta nata Argentorati anno 1578. ex Genebrardo, quæ à suis inventoribus, nempe Joanne Sturmio, vocata est media via, ut quis Religionem teneret, absque offensione Catholica, & Protestantium. Sub hoc eodem vexillo locari possunt quidam, de quibus meminit noster Fr. Joannes Bunderius Gandavensis in lib. Concertationum hujus sæculi sapientum, qui sic dogmatizant. (c Venerandos inquiunt, dicimus Sanctos, sed eos adorare non sinimus. Cultum Virgini exhibemus, sed Rosaria sunt Dominicanorum nugæ. Sanctorum animas honoramus, sed non eorum ossa, vel sepulchra. Impensas pro templorum ornatu non spernimus, sed per hæc sensibilia avocantur homines à devotione. Ipsam orationem non spernimus, sed repetitionem earum, & certum numerum.) Meritò his omnibus, quod dixit Tertullianus in Scorpiaco, de antiquis Gnosticis dicere possumus. Quod ungunt simul, & pungunt.

a *Traditionum necessitas habetur ex Scripturis 2. ad Thessal. 2. & Dionys. cap. 1. Eccles. Hier. Iustin. in fine 2. Apolog. Iren. lib. 3. c. 2. Clem. Alex. lib. de pascha. apud Euseb. lib. 6. hist. c. 11.*

b *Contra hunc errorem, & sequentes Concil. Trid. definivit can. 13. sess. 7. & sess. 25. cap. de delectu ciborum.*

c *Et ibidem cap. 2. de invocatione, veneratione, & reliquiis Sanctorum.*

MELANCHTHONICI.

1540. Melanchthonici dicti sunt, ex Lindano sectarii illi, qui deserto Luthero Philippum Melanchthonem dictum primum Basileensem Episcoporum, profugum Monachorum Brigittanum, multa dogmata Lutherica repugnantem, sequuti sunt, unde ab Erasmo Sarcerio, & Illyrico, propterea vocantur, puri puti evangelii Saxonici depravatores. Perstringitur etiam ab Illyrico Melanchthon, quòd docuerit hominem, ex puris viribus liberi a arbitrii posse se ad gratiam Dei recipiendam præparare, & quòd è Stoico, & Manichæo factus fuerit Pelagianus. Docuit etiam æque proprium opus esse proditionem Judæ, quàm vocationem Pauli. Et cum prius docuisset cum Luthero, nullum esse evangelicum præceptum, dixit postea nullum esse Apostolicum consilium, sed omnia esse præcepta. In articulo de cœna à Luthero, & à seipso discessit, volens, ut scribit Rescius, in consecratione, non iis utendum verbis, Hoc est &c. sed hæc est participatio corporis mei. b Testatur Hosius, eundem in articulo justificationis quaterdecies variasse. Unde merito à suis æmulis, ut dicit Lind. propter suam inconstantiam Cothurnus sit appellatus.

a *Damnatus error in Trid. sess. 6. cap. 6. & eadem sess. can. 6.*

b *Sed perspicua sunt verba à Sanctis Evangelistis commemorata, & à D. Paulo repetita, quibus hoc Sacramentum confectum est à Christo Domino, ut habetur in Concil. Trid. sess. 13. cap. 1.*

MEMORIALISTÆ.

Memorialistæ dicti à dogmate, 1550.
quod prædicant, nimirum, Eucharistia nihil aliud est, quam memoriale, vel signum ad excitandam memoriam Passionis Christi. Animam, & corpus ex carne Christi pasci, non quia cor-

corporaliter manducatur, sed quia per fidem quodam imputativo modo imputatur. Ad hos revocantur dicentes manducare Eucharistiam, nihil aliud esse, quàm credere, nec necessariam esse signorum sumptionem: & alii docentes se participes fieri in Eucharistia, non alicujus tangibilis corporis, sed spiritus, & carnis Christi. Pertinent ad Sacramentarios. Ex Edero p.p. suæ Evang. Inquisitionis apud Rescium.

Hi errores damnantur expresse in Concil. Trident. sess. 13. cap. 2. & 4. & can. 2. & 8.

MENNONISTÆ.

1545. MEnnonistæ à Mennone Simonis Frisio, qui non modò priorum Anabaptistarum deliria in Methodum doctrinæ redegit, sed etiam maximam inferioris Belgii partem Frisiam, & Hollandiam, pestilenti sua hæresi infecit, præter baptismi violationem, negavit *a* Christum ex Virginis carne, aut humana substantia natum, sed de Patris substantia cœlitus attulisse corpus, ut ait colloquium Wismariensium. Conjugia *b* propter infidelitatem, & excommunicationem solvunt, alios Anabaptistas ad se venientes tertio rebaptizant. Vocari solent alio nomine Mahapi, & in Frisia, Tibbæ, à Tibba quodam Mennonis Conjurato. Lege Prat. Resc. Lind. in dubit. & in tabul. Analyt. Hos. Florim. lib. 2. c. 15. Cudsem. Gault. Genebrard. qui eos ponit. an. 1554. pag. 754.

a *Damnantur cum Valentinianis à Symbolo, & Script. Matth. 1. Rom. 1.*

b *Damnantur Matth. 19. & in Trid. sess. 24. can. 5. & 7.*

***

METAPHORISTÆ.

MEtaphoristæ sunt de Sacramentariorum secta. Hos dicit Rescius, esse illos de quibus Staph. dicit, quod corpus Christi negent esse in Eucharistia, nam postquam in cœlum conscendit, ajunt, in divinam naturam transmutatum est, & propterea externa illa signa esse vana: & hos dicit esse Svvenckfeldianos, veram autē propositionem, ex Rescio, dicunt impiissimi hi, esse istam, Corpus Christi est Deus, & in cœna adesse corpus, quod factum est Deus. 1545.

Damnantur à Leone Papa epist. ad Flavi. & Conc. Chalced. art. 2.

METONYMICI.

MEtonymici sunt, ex Turriano lib. de Eucharistia, qui Metonymice, seu figurate putant accipienda verba consecrationis, ut panis propositus carnem Christi exhibeat, & unum pro alio accipiatur, sicut cum dicitur Petra autem erat Christus. Nec in particula, est, Metonymiam constituunt, sed in prædicato in Ly, corpus meum, significante, ly, corpus signum corporis. Hujus hæresis patroni sunt Viretus, & Volanus. Lege Sanderum lib. 7. n. 2. 10. 1525.

Damnantur in Concil. Trid. sess. 13. can. 4. & can. 1.

MOLINÆI,
vel Molinæistæ.

MOlinæi à memoriæ damnatæ Carolo Molinæo dicti, ex Sandero & Gaultero. Hic cum videret exemplum Christi nascentis, clauso utero Virginis, præsentiam ejusdem Christi Domini 1561.

mini in Euchariſtia confirmare: ne dum præſentiam negavit, ſed exemplum infringere putavit, hac blaſphemia (qua etiam illum incuſavit Bucerus) JESUM naſcentem *a* adaperuiſſe uterum B.MARIÆ, ut ſcripſit in tertiam partem unionis Evangelicæ. Et in annotationibus ad unionem Evangeliſtarum, ſic ſcripſit. Errarunt Monachi, & Sacrificuli, Doctores Papiſtici urgentes merita Nativitatis, &c. nihil hæc omnia proderant nobis, nihil poterant, ſed ſola *b* mors Chriſti, &c. Sanctum Petrum dicit cum aliis ſectariis Romam *c* non vidiſſe.

a *Damnantur Iſa. cap. 7. Ecce Virgo, &c. Lege Ambroſ. epiſt. 81. Ezech. 44. Porta Orientalis, &c. ſecundum expoſitionem Chryſoſt. hom. de Io. Baptiſta, & Hieron. in Ezech. loc. cit. lege eundem contra Helvidium.*

b *Ab inſtanti Conceptionis ſemper nobis promeruit ex Apoſt. ad Hebr. cap. 10.*

c *Sed hæc inſania totius orbis conſenſione reprobatur.*

MONASTERIENSES.

1534. MOnaſterienſes, ut dicit Lindanus, à Sartore quodam Leydenſi ducunt originem, de quo ſupra. Hi in ſua cœna omittunt verba conſecrationis, & illorum loco dicunt. Accipe, ede, memento Domini, ex Eraſmo Albero 2. contra Carolſt. ſecta ſunt Anabaptiſtæ.

Sed ex Scripturis, & Trident. ſæpius citatis ſupra aperte confutantur.

MUNTZERIANI.

1524. MUntzeriani à Thoma Muntzero, alias Monetario nuncupantur, de quo dictum eſt ſupra verbo Anabaptiſtæ. Hic ſpecialiter fuit ſcripturarum contemptor, ut dicit Alberus lib. contra Carolſtadium, viſionum, & apparitionum ſectator de Bibliis ludos faciens, jactans ſpiritum *a* Dei. Thorum infidelium conjugatorum *b* pollutum diaboli proſtibulum dicebat, & Baptiſmum infantium *c* non eſſe à Deo. Refert Hoſius, ex Melanchthone ſuos hortari ſolitum, ut à publicis criminibus abſtinerent, corpus jejunando caſtigarent, viliter veſtirentur, pauca loquendo, torue intuendo, barbam non radendo, & ut ſecreta loca peterent, de Deo *d* cogitantes quid ſit, & num noſtri curam gereret, num etiam vera eſſet fides Chriſti, & pro illius veritate ſigna poſtularent; ſcripturis non crederent, ſed ſomniis, quæ erant ſigna accepti Spiritus ſancti. Dicebat inſuper ſe habere ſpeciale mandatum, ut mutaret regimen ſeculare. Sed bene contra eum aptatur, quod ſcriptum eſt. *Non mittebam prophetas, & ipſi currebant, Ier. 23.*

a *Damnantur & à Script. & Patribus verbo Enthuſiaſtæ allegatis.*

b *Clamat Apoſtolus Heb. 13. Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus.*

c *Ex trad. Apoſtolorum baptiſmus infantium habetur, ut dictum eſt ſupra.*

d *Hæc omnia infidelitatis eos redarguunt cum accedentem ad Deum, oportet credere, quod eſt, & inquirentibus ſe ſit remunerator Heb. 11.*

MUSCULANI.

MUſculani ab Andrea Muſculo orti ſunt. Docuit iſte Chriſtum Dominum *a* ſecundum utramque naturam æque eſſe juſtificatorem noſtrum. 1550.
Divinam *b* naturam in cruce pariter paſſam, & mortuam ut refert Lindanus.

nus. Ecclesiam, de qua dicit S. Paulus, esse columnam, & firmamentum veritatis, non esse hanc visibilem, sed quam ipse fingit electorum invisibilem *c* Ecclesiam. Sunt, & alii Musculani originem ducentes à Wolphango Musculo, qui propriè Sacramentarii dicuntur, ex Sandero lib. 7. visib. Monarch. & Onuphrio Panu.

a *Damnantur in Trident. sess. 6. cap. 7. ubi causa efficiens principalis justificationis Deus statuitur, meritoria Iesus Christus.*

b *Damnantur ad Philipp. cap. 2. Qui cum in forma Dei esset &c. Formam servi accipiens, &c.*

c *Ecclesiam esse visibilem docetur Matth. 5. Non potest Civitas abscondi supra montem posita. Lege S. August. contra Donatistas egregie pugnantem lib. de unitate Ecclesiæ, & alibi.*

N.

NEARIANI.

1532. NEariani, qui & Novi Ariani ab Antonio Possevino lib. 8. Bibl. select. tom. 3. & 14. & Rescio, dicuntur, qui Arii dogma instaurarunt, dicentes tres personas, tres esse spiritus æternos, essentialiter, & numeraliter differentes, nec esse æquales, sed Patrem esse supereminentiorem, quem propterea essentiatorem vocant. Non puto esse distinctos à Gentilistis, & Trinitariis reliquis. Huc revocari potest Erasmus, qui in epist. ad Heb. loquens de verbo Homousion, dixit: Res, inquit, sane indigna meo judicio ob quam Oriens, & Occidens exitiali bello inter se conflictarentur, & orbis concordia turpiter scinderetur. De eodem Homousion Lutherus, & Calvinus murmurarunt, de quibus infra.

Damnantur ex Symbolo Athanasii, & Nicano, &c.

Sed hi Arianizant lege S. Hilar. lib. de Synodu contra Arianos.

NESTORIANI Novi.

NEstoriani novi sunt sectarii quidam, qui Nestorii hæresim renovarunt, duas personas in Christo statuentes, & Mariam Dei genitricem fateri renuentes. Hunc errorem tribuit Lutherus Zvvinglio, & disertis verbis eundem errorem in Confessione anno 1530. ad Carolum V. missa profitetur ipse Zvvinglius articulo primo. Eandem hæresim renovarunt Antimariani, qui, teste Hosio, non sustinent audire Mariam Dei genitricem, & Petrus Richerus Calvinista. 1530.

Damnantur à Leone Primo à Flavian. & est epist. 11. tom. 1. Concil. & à Concil. Ephes. 1. can. 1. 2. 3. & 4. Chalcedo. act. 5. Constantin. 2. act. 4. can. 3.

NEUTRALES.

NEutrales, qui & Semicatholici, à Lindano, & Rescio dicuntur, sunt 1560.
quidam, qui sine Evangelicorum censura, utrique parti placere student, hoc est Catholicis, & Novatoribus. Unde fit, ut veteri proverbio decantatum sit. Neque foris, neque intus existentes, ab utraque parte male audiant, & à neutra pro suis agnoscantur. Sed hi pertinent ad Bifidos. Sed Neutrales, ut vocat Rescius, ex Staphylo, quosdam Sacramentarios dicentes, nec unam *a* nec utramque speciem *b* valere ad salutem, sed solam *c* fidem valere, ad percipiendum fructum cœnæ. Quod si concilium in utraque, inquiunt, specie communi-

municandum decerneret, tunc ipsos velle ut laici in una communicarent, vel utramque rejicerent. Unde factum est, ut ob hanc doctrinam, per decemnium multi Luthericolæ ad cœnam non accesserint. Iidem ob id Neutrales etiam dicti sunt, quia Missam non abhorrent, & in suis cœnis cantillant Kyrie, & Agnus, quod alii Luthericolæ non faciunt, ut testatur ejus rei testis ocularis Rescius.

a *Sed clamat Apost. 2. Corinth. 6. Nolite jugum ducere cum infidelibus, & Ephes. 4. Vnus Dominus, una fides, unum Baptisma.*

b *Damnantur Ioan. 6.*

c *In Concil. Trident. sess. 13. can. 11.*

NICODEMICI.

1560. Nicodemici à Lindano dicuntur illi, qui sive Catholici, *a* sive hæretici sint, nolunt ore profiteri quod corde credunt. Qui Missam libenter audiunt in Catholica, & conciones prædicantium non omittunt. Qui cæremonias recipiunt, sed eis libenter illudunt, abusus Ecclesiasticorum traducentes. Pro veritate loqui non audent, nec digito cum possunt ruentem volunt Religionem sustentare, ne Principum favorem perdant, illud in ore versantes, si ex hominibus consilium, aut opus hoc, dissolvetur, &c. Hæreticorum *b* multitudini parcendum volunt, hæresimque leniter abstergendam. De eadem religione dolere se simulant, cupientes ut una veritas regnet; verum eidem plus silentio, & omissione officiunt, quam ista ficta pietate prodesse videantur. Horum Magistratus Hænotica decreta statuunt. Bona Ecclesiæ libenter usurpant. Sed, & Hosius Nicodemicos istos appellare solitus erat, macilentos catholicos, Ederus autem licos Christianos; Temporales alii, eo quod occasionibus, & temporum momentis, fidei negotia definirent, Christum volentes retinere cum multis sectis, Religionemque tenendam, vel relinquendam prout expedit: ferendos alios cujuscunque sectæ dummodo retineant Symbolum Apostolicum, recteque de Christo Capite doceant, propter quod solum ajunt esse membra Ecclesiæ, etiamsi in aliis articulis dissentiant.

a *Sed Roman. 10. damnantur ab Apostolo, Corde creditur ad justitiam, ore autem, &c.*

b *Hæreticos puniendos docet August. lib. 3. contra Petil. cap. 25. & ad Vinc. Donat. c. 48. & epist. 50. ad Bonif. Comitem.*

NUDIPEDES.

Nudipedes secta sunt Anabaptistæ, 1544.
ex Lindano, sic dicti, quod calceos abhorrebant, & pecuniam non contrectabant.

Sed habere necessaria ad sustentationem hujus vitæ non est illicitum. Lege nostrum F. Ioannem de Neapoli, ex Scripturis, & Patribus, contra hæreses illius temporis, hoc probantem quæst. 42. in disputatis.

O.

OCHINIANI.

Ochiniani à Bernardino Ochino 1554.
Italo patria Senensi, apostata Franciscano Cappucino, originem ducunt. Hic Genevam profugus appulit, ubi cum Serveti doctrinam quæ sibi arridere videbatur, ob Calviniculum timorem defendere non valeret, in Germaniã primò, deinde in Poloniam perrexit. Scripsit libros dialogorum hæresibus plenos. Dialogo de Polygamia

a partes Ecclesiæ agens, fingit se victum argumentis adversarii, & docet tandem hac in re unicuique faciendum, ut libet. Dialogo de Trinitate renovavit errores, *b* à Praxea, Ario, Eunomio, & aliis hæreticis inventos, jam pridem ab Ecclesia damnatos: ibidemque non sanctorum Patrum armis adversarium feriendum, non Symbolo Apostolorum, *c* & Nicæno, sed sola scriptura docet, & in arenam descendens, adeo debiliter agit Ecclesiæ causam, ut illam potius oppugnare quam propugnare videatur. Dialogo item penultimo introducens philosophum, dicentem Deum non adorandum *d* nec ab illo præsidium expectandum, itemque scripturas, & divina oracula vehementer oppugnantem, sic illi se opponit, ut palmam potius ei tribuere videatur. Et certe, qui hunc & alios dialogos ejus leget Atheum deprehendet manifestissime. Unde meritò scripsit Hosius Cardinalis in judicio & censura de adoranda Trinitate, Ochino illud Psal. 8. quadrare, ut destruas inimicum & defensorem, ut legit Augustinus, ubi nos legimus ultorem, inimicus siquidem, & defensor ille est hæreticus, qui cum nequitia sua fidem, & Ecclesiam Catholicam oppugnet, defendere tamen eam dissimulat. Contra hunc hæresiarcham scripsit noster Fr. Ambrosius Cath. ut dicit noster Fr. Alphonsus Fernandez in sua concertatione prædicatoria.

a *Polygamia damnatur Matth.* 18. *Marci* 10. *Ephes.* 5.

b *Damnatur à Concil. Nicano &c.*

c *Damnatur à sacris Conciliis Lateran.* 1. *can.* 16. *Constantinop. act.* 13. *Can. de locis lib.* 6.

d *Verbo Athei infra ex Script. & Patribus refutatur.*

OECOLAMPADIANI.

OEcolampadiani, à Joanne Oecolampadio Brigittano apostata, ut dicit Lindanus, ducunt originem. Hic præter alios errores communes aliis sectariis, proprium habet in materia Eucharistiæ, videlicet, consecrationis verba per tropum esse intelligenda, & eo modo dictum esse, Hoc est corpus meum, sicut cum dictum est à Paulo: Petra autem erat Christus, ut per ly, corpus figuram corporis significet, atque ita ut notat Sanderus, figuram dictionis constituit in prædicato, & attributo, non autem in verbo (est) sed illum alii Sacramentariorum duces obscurarunt. 1525.

Damnantur à Trident. Concil. sess. 13. *can.* 1. *& Patribus superius citat. Transubstantiationem docentibus.*

OPINATORES.

OPinatores apud Rescium, quos & Doceras vocat Sanctius, genus quoddam sunt armatorum Hugonottorum in regno Galliæ, nihil nisi cædes, & exitia cogitantium, Ecclesiarum perturbationem &c. Tales autem sic dicti sunt, eo quod dixerint, fidem Christianam nihil aliud esse, quam opinionem. Pertinent ad Atheos. 1562.

At fidei non potest subesse falsum, cum innitatur primæ veritati, unde Christus dixit Matth. 24. *Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.*

OSIANDRINI.

OSiandrini sic dicti ab Andrea Osiandro. Hic se *a* jactavit alterum esse Enoch. Christi *b* Passionem nullum 1551.

lum nobis fructum attulisse. Hominem justificari *c* essentiali justicia Christi in nobis habitante, ut non sit gratiæ in credentibus, sed naturæ. In cæteris articulis Luthericola est. Eidem tribuit Staphylus, quod asseruerit Christum solummodo, *d* secundum divinam naturam hominem justificare, & quod homo cum *e* sit imago Dei, fiat omnino eadem imago Dei, quæ est Christus filius Dei & Mariæ.

a *Damnatur Heb.*11.

b *Damnatur* 1.*Timoth.*2.*Ephes.*5.*&* 1.*Corinth.*1.*& Heb.*10.

c *Damnatur Ephes.* 2. *Ioan.* 1. *Ephes.*4. *& in Trid. Concil. sess.*6.*can.*10.

d *Damnatur testimoniis iisdem mox citatis.*

e *Damnatur ex Genes. cap.*1. *Romanor.*8. 1.*Corinth.*15.*Rom.*1.

P.

PACIFICI.

1570. PAcifici sunt quidam sectarii Anabaptistæ, ex Lind. qui se jactant esse domum pacis, quam tamdiu fingunt, donec impune possunt in alienas fortunas, & corpora irruere, ut fecerunt Amsterdami, Leydis, & alibi.

Nulla pax ubi non est spiritus veritatis. Lege Cypr. de unit. Eccles. & Aug. tract. 6. *in Ioan.*

PASTILLARII.

1540. PAstillarios, vocat Lindanus illos sectarios, qui præsentiam corporis Christi sub pane fatentur, eo modo quo farina est in pastillo, aut pillulæ in ovo, vel infans in cunis. Sic docuerunt 14. pastores Suevici cum Brentio eorum antesignano.

Damnantur in Concil. Later. sub Innocentio III. ubi definitur Transubstantiatio, & Trid. sup. cit.

PASTORCIDÆ.

PAstorcidæ quidam sectarii, sic dicti à Lind. è grege Anabaptistarum, & 1562. Calvinistarum, quod in Pastorum, & Sacerdotum necem conspirarunt, quorum plurimi crudeliter per Ryndaliam dirè interempti sunt. Lege Sanctii lib. de templorum direptione editum, anno 1562.

Sed mos est hæreticorum, sanctorum sanguinem sitire, ut diximus.

PAULINIANI.

PAulinianos, vocat Lindanus quosdam Anabaptistas, qui à studio epi- 1544. stolarum Divi Pauli se Paulinos per Waterlandiam dictitabant. Sicut & nonnulli ejusdem generis à scripturarum professione sese scripturarios vocabant.

Sed has, sicut & cæteras scripturas hæreticos depravare scripsit S. Petrus epist. 2. *cap.*3.

PÆDOBAPTISTÆ.

PÆdobaptistæ, vocantur ii sectarii, 1544. qui ne baptizent infantes, differendum docuerunt baptismum, usque ad ætatem adultam, sed quia ab Anabaptistis Catholici vocantur Pædobaptistæ, melius alii censuerunt istos sectarios Antipædobaptistas nuncupandos. Docuerunt pariter non successisse baptismum circumcisioni, ac proinde non tanti faciẽdum, ut hactenus factum est. Lege Rescium.

Baptismum Parvulorum, non differen-

dum ad adultam ætatem definitur à Concil. Trid. seß. 7. de Baptis. can. 13.

PELAGIANI
Novi.

1524. PElagianos novos, vocat Staphylus in Apologia quosdam Cacangelicos, qui Pelagianum dogma renovarunt, ubi enim Pelagius peccatum originale negavit, Servetus & Zvvinglius finxerunt *a* esse naturæ morbum non morte damnandum. Rursus alii dixerunt omnes nasci bonos, & Dei hæredes non renasci. Sic Bucerus, &c. Parvulos ob id Regnum cœlorum consequi posse, ob id quod filii fidelium nascantur, ita & Zvvingliani prout illis exprobrat Lutherus. *b* Præstantes viros Ethnicos, Catonem, Scipionem, virtute legis naturæ salvos factos esse, ut dixit Zvvinglius lib. contra Urbanum Regium, cum aliis Sacramentariis, quos damnavit Confessio Mansfeldensis, quæ omnia à lacunis putidis Pelagianorum hauserunt. Sed & Pfeffingerus Pastor Lipsiens. cum schola similiter Lipsiensi, ex Amsdorphio Cacangelico scripsit, quod homo naturalibus viribus *c* suis potest assentiri verbo, promissionem apprehendere, & Spiritui Sancto non repugnare. Et Heshusius asseruit scholam Wittembergensem defendere synergiam, & cooperationem voluntatis humanæ in conversione, facultatemq; se applicandi ad gratiam, & verbo Dei assentiendi ex seipsa; & Melanchthon in visitatione Saxoniæ, dixit quod voluntas *d* humana vis est libera, ut facere possit justitiam carnis, seu justitiam civilem, ubi lege, & vi cogitur, ut non furari, non occidere, &c. Et Illyricus apud Lindanum, eundem hujus insimulat erroris.

a *Damnantur hi errores in Trid. Concil. seß. 6. de peccat. orig.*

b *Et seß. 7. cap. 1. & can. 1. vide August. 4. contra Sul. cap. 3. & S. Thom. 22. quæst. 23. art. 7.*

c *Error damnatus in Conc. Arausic. cap. 5. Trid. seß. 6. can. 3.*

d *Contra eosdem lege August. mox citatū.*

PICCARDI.

PIccardi à Piccardo quondam, ex Gallia Belgica oriundo, orti sunt, qui Adamitarum hæresim in Boëmiam invexit. Nedum Orthodoxis, sed etiam iis, qui utramque speciem Eucharistiæ volunt sibi tradi, infensi sunt. Hæc Hæresis ab hæreticis omnibus, ut dicit Rescius, exploditur præsertim Luthero, contra quos, suo tempore etiam viventes, invehitur, in resolut. proposit. solut. 80. 1518.

Refutati sunt verbo Adamitæ.

PISCATORIANI.

PIscatoriani, ex Petro Cudsemio de desperata Calvini causa, cap. 7. auctorem habent Joannem Piscatorem Argentinensem artium Magistrum, & Calvinianæ Mateologiæ professorem in Gymnasio Herbornensi. Hic ausus est dicere sibi plus cæteris omnibus divinitus esse concreditum, unde & scholarum reformationem etiam ausus est tentare. Nec *a* enim contentus bonos auctores Gentiles à scholis relegare, Virgilium, Terentium, Ciceronem &c. sed etiam vocabula, quæ poëtica sunt litura obduxit, ut Ceres, Mars, Bacchus, &c. & astrorum, dierum & planetarum nomina reformare, & immutare. Sed ob capita sequentia magnus Novator censendus est. Primò. Quòd justitiam 1603.

tiam *b* Christi diviserit in sanctitatem, quam habuit ex legis obedientia, & in eam quam acquisivit ex morte. Hæc autem justitia in passivam, & activam, ab eo divisa est. Per activam, quam soli Christo applicat, dicit Christum nihil humano generi promeruisse, cum Christus, inquit, illam pro se debuerit, ut filius Adæ, & Abrahæ legi servandæ obstrictus. Passivam vero solis fidelibus applicat, pro quibus Christus mortuus est, & hos ex *c* apprehensione per fidem, sine omni infusa, & inhærente justitia ipsorum propria formaliter justificari. Secundò. Non universo humano generi passione sua Christum promeruisse, sed solum fidelibus, prædestinatis, illamq; distinctionem Theologorum de morte Christi, quod pro omnibus sanguinem *d* fuderit quoad sufficientiam, non autem quo ad efficaciam exsibilat. Tertiò. Clamat fractionem panis in Cœna Dominica esse *e* essentialem cæremoniam, ut si omittatur non perficiatur Sacramentum. Quartò. Docet legem civilem Mosaicam, quo ad pœnarum genera non esse abolitam, sed sancte servandam. In omnibus ferme Theologiæ capitibus, de peccato, de prædestinatione, Pœnitentia, Satisfactione Christi, singulares habet sensus, sententias, terminos, ac distinctiones ab aliis Calvinistis distinctas. Unde, & Catechismum Heidelbergensem castigavit, & in ejus locum novas catecheticas formavit explanationes; nec contentus suo novo Catechismo, propriam versionem edidit in Biblia, quam apud suos vult esse authenticam, & è suggestu populo prælegendam. Sed in solo Pentateucho centena vitia Amandus Polanus annotavit. Quid de corpore reliquo prospiciant sui. Totum Nassoviensem comitatum Piscatoriani incolunt, & etiam in Neustriam, itemque in Palatinatum, & loca quædam Germaniæ inferioris prorepserunt.

a *Sed quomodo vacandum sit Gentilibus eleganter disserit S. Basilius, quomodo proficiendum sit ex libris gentilium. Hier. epist. ad Magnum. Lege Concil. Later. sub Leone X. sess. 8.*

b *Unam justitiam Christi agnoscit S. Paulus 1. Corinth. 1. Per quam factus est nobis Redemptio &c.*

c *Per justitiam inhærentem justificari hominem definitur in Concil. Trident. sess. 6. can. 11.*

d *Contra dicit Apost. Roman. 5. Christus pro nobis mortuus est & Heb. 2.*

e *Error damnatus in Concil. Florent. in unione Armen. Materiam & formam essentiales partes hujus Sacramenti recensente.*

POENITENTIARII.

POenitentiarii sic dicti quidam sectarii, ex Staphylo, referente Rescio, & Prateolo, eo quod septem errores admiscuerint perniciosissimos doctrinæ de pœnitentiæ Sacramento. Tales sunt Lutherani quidam molles, inter quos Illyricus lib. contra corruptelas Evangelii edito anno 1559. recenset Lipsienses & Wittembergenses. 1559.

Contra hos errores lege definitiones Concilii Trident. sess. 14. per multa capita, & canones.

POLITICI.

POlitici, genus quorundam hominum est Homericæ Chimæræ valde assimile, corde Athei, ore dubii, opere hæretici, illisque deteriores. Horum errores in libello Parisiensi de ju- 1560.

sta Regis abdicatione recensentur, videlicet, Regem *a* nullis legibus subdi: subditum *b* etiam in sceleribus perpetrandis Regi parere debere. Pietatem, & *c* religionem parvipendendam. Utramque religionem tuendam *d* Catholicam, & prætensam. Nullum *e* esse crimen gravius, quam regis imperio non obtemperare. Nihil eorum, quæ ad status *f* rationem pertinent, esse in sacramentali Confessione detegendum. Religionem nihil aliud esse, quam phantasma *g* ad eludendos, & terrendos homines. Tamdiu *h* religioni addici oportere, quantum ad arculam replendam conducat. Sed & in alio libro 3. p. Concertationis Anglicanæ ad persecutores Anglos, alii errores recensentur, videlicet, quod majora crimina sint, quæ contra *i* civilem rempublicam, quam quæ contra Ecclesiam committuntur. Quod omnia consilia & deliberationes ad *l* commodum Principis referri debeant. Unde merito Centuriatores dicunt, Politicos invadere spiritualem gubernationem, & falcem in messem alienam immittere. Sed & Illyricus epist. dedicat 3. centur. scripsit eos esse Epicureos magistros Ecclesiam Idolomania replentes, & Christianismum in Epicureismum vertentes. Sed & Politicos vocat Baronius anno 1046. eos, qui volunt Imperatoribus, & Regibus spiritualia esse subdita, antiquam hæresim Henricianam, malo exemplo Imperatoris Henrici introductam, qui voluit eum esse legitimum Pontificem, non quem Clerus Romanus elegisset, sed quem Imperator in thronum S. Petri evexisset.

a *Damnantur* 1.*Reg*.15. *& Psalm*. 2. *ubi lege August.*

b *Ad Titum cap*.2.

c *A Lactant. lib*. 3. *de falsa sapientia cap*.11.

d 3.*Regum* 18.*Ephes*.4.

e *Actuum quinto.*

f *In Concil. Trident. sess*. 14. *art*. 5. *& can*.7.

g *A Lactant. de falsa sapientia lib*. 3. *cap*. 10. *&* 11.

h *Ab eodem de Orig. erroris lib*. 2. *instit. cap*.7.

i *Matthæi cap*.18.

l *Et Charitas non quærit, quæ sua sunt,* 1.*Corinth*.13.

POLYGAMISTÆ.

POlygamistæ sectarii quidam sunt Anabaptistæ. Hi ex Staphylo referente Rescio, docent licere uni eidemque viro eosdem tempore plures uxores habere. Licere simul ter fratri, viventis adhuc fratris uxorem ducere. Sic de facto fecit Joannes Leydensis Rex Monasteriensis. 1534.

Damnantur Matthæi 18. *Ephes*. 5. *& in Concil. Trident. sess*.24. *cap*.1. *& can*.2. *lege S.Thom*.3.*p.in addit.q*.53.

POSTELLANI.

POstellani à Wilielmo Postello Gallo orti sunt, ex Lindano. Hic inanes nænias è Rabbinorum & Thalmudistarum somniis desumptas invexit, adeo (teste Petro Palladio) tetras, ut indignas relatu judicet. Anno 1550. de Trinitate mundi, *a* corporis, & animarum, de Veneta Virgine, de Christo intoxicato, de matrice mundi infanda evomuit. Clavem absconditorum à sæculo composuit, ubi se profitetur declaraturum, quæ nec Apostoli, nec ipsa, inquit, Ecclesia potuit portare. In quodam libro scil. Elia Pandochæo scri- 1550.

ſcripſit. Univerſas *b* tandem ſectas omnis generis hominum per Chriſtum eſſe ſalvandas. Scripſit etiam de Nativitate Mediatoris, ultima nunc futura, ut dicebat, aſſerens, ſcripta non eſſe ſua, ſed Chriſti ſenſibiliter in nobis ſuum Evangelium exponentis, cujus libri auctorem in titulo ſcribit eſſe ſpiritum Chriſti. Jactabat ſe ab Angelo Raziel varia myſteria accepiſſe. Circa Sacramenta, refert idem Lindanus in tabulis Analyticis, illum defendiſſe errorem, quod ſex *c* tantum eſſent Sacramenta in ſua Panthenoſia. De hoc Wilielmo refertur, quod tandem Catholicè obierit, ita Bellarm. de Sacram. lib. 2. cap. 23. tom. 3.

a *Sed hic ſuperat ineptias Gnoſticorum Valentinianorum, quos referunt, & confutant, Irenæus, & Epiph.*

b *Sed extra Eccleſiam non eſt ſalus, ex Conc. Lateran. ſub Innocentio III. cap. 1.*

c *Septenarius numerus Sacramentorum in Conc. Florent. & Trident. ſeſſ. 7. can. 1. definitur.*

PRÆMONSTRATENSIS Apoſtatæ ſectatores.

1540. PRæmonſtratenſes, vocant Hoſius, & Lindanus in Dubitat. non religioſos venerabiles ordinis Præmonſtratenſis, ſed ſectarios ortos ab innominato Apoſtata Præmonſtratenſi, qui docuit *a* nullum eſſe infernum, nec Chriſtum ad inferos deſcendiſſe, nec ibidem extitiſſe ſanctos Patres. Docuit ſimiliter *b* Chriſtum iis verbis in cruce Deus Deus meus, ut quid dereliquiſti me, deſperaſſe, & ob id condemnatum. Quæ blaſphemia adeo execrabilis effecit (ait Lindanus) ut hujus Apoſtatæ impiiſſimi, ne nomē quidem pii ſupereſſe voluerint.

a *Damnatur expreſſe à Symbolo Apoſtolorum, & Nicæno, & ſcript. ſup. verbo Bezani.*

b *Inſignis blaſphemia quam Calvinus docuit, & ante ipſum quidam apud Sanctum Epiphanium adverſus hæreſes ubi ſupra, quos confutat. Lege Feu-ardentium in Theom. lib. 5. Chriſto patiente cap. 11. hunc errorem egregie confutantem.*

PROTESTANTES Anglici.

PRoteſtantes Anglici, ob id dicti, quod in Anglia Lutheranos rigidos 1563.
ſequantur, inter quos & Puritanos, ut dicit Philopater in reſponſ. ad edictum, tanta eſt diſſenſio in Anglia, quanta in Germania inter Lutheranos rigidos, & molles, cōtendentibus Puritanis quicquid expreſſum eſt, inquiunt, bonæ, puræque farinæ ad Puritanorum ſectam tranſiſſe, reliquis vero Zvvinglianis, Lutheranis, vel Proteſtantibus coronæ Anglicanæ, religionem defendentibus, furfur tantum, & ſiliquas remanſiſſe. Docent hi Proteſtantes ex Goodmanno Anglicanæ Eccleſiæ apud Genevenſes protominiſtro ſequentes errores. Magiſtratus ſi leges Dei transgrediantur non habendos ut ſuperiores, ſed ut privatos homines puniendos: & hanc punitionem illis infligendam à tota multitudine cui gladius juſtitiæ ex parte commiſſus eſt. De hoc Goodmanno plura Sanderus lib. 7. viſib. Monarch. c. 22. contra eoſdem invehitur Staplet. de ſucceſſione Eccleſiæ lib. 13. Principiorum cap 19.

Sed Apoſtolus Petrus eos damnat docens. Nedum obediendum bonis, & modeſtis, ſed etiam diſcolis, 1. Petri 2.

***

PRO-

sta Regis abdicatione recensentur, videlicet, Regem *a* nullis legibus subdi: subditum *b* etiam in sceleribus perpetrandis Regi parere debere. Pietatem, & *c* religionem parvipendendam. Utramque religionem tuendam *d* Catholicam, & prætensam. Nullum *e* esse crimen gravius, quam regis imperio non obtemperare. Nihil eorum, quæ ad status *f* rationem pertinent, esse in sacramentali Confessione detegendum. Religionem nihil aliud esse, quam phantasma *g* ad eludendos, & terrendos homines. Tamdiu *h* religioni addici oportere, quantum ad arculam replendam conducat. Sed & in alio libro 3. p. Concertationis Anglicanæ ad persecutores Anglos, alii errores recensentur, videlicet, quod majora crimina sint, quæ contra *i* civilem rempublicam, quam quæ contra Ecclesiam committuntur. Quod omnia consilia & deliberationes ad *l* commodum Principis referri debeant. Unde merito Centuriatores dicunt, Politicos invadere spiritualem gubernationem, & falcem in messem alienam immittere. Sed & Illyricus epist. dedicat 3. centur. scripsit eos esse Epicureos magistros Ecclesiam Idolomania replentes, & Christianismum in Epicureismum vertentes. Sed & Politicos vocat Baronius anno 1046. eos, qui volunt Imperatoribus, & Regibus spiritualia esse subdita, antiquam hæresim Henricianam, malo exemplo Imperatoris Henrici introductam, qui voluit eum esse legitimum Pontificem, non quem Clerus Romanus elegisset, sed quem Imperator in thronum S. Petri evexisset.

a *Damnantur* 1. *Reg.* 15. *& Psalm.* 2. *ubi lege August.*

b *Ad Titum cap.* 2.

c *A Lactant. lib.* 3. *de falsa sapientia cap.* 11.

d 3. *Regum* 18. *Ephes.* 4.

e *Actuum quinto.*

f *In Concil. Trident. sess.* 14. *art.* 5. *& can.* 7.

g *A Lactant. de falsa sapientia lib.* 3. *cap.* 10. *&* 11.

h *Ab eodem de Orig. erroris lib.* 2. *instit. cap.* 7.

i *Matthæi cap.* 18.

l *Et Charitas non quærit, quæ sua sunt,* 1. *Corinth.* 13.

POLYGAMISTÆ.

Polygamistæ sectarii quidam sunt Anabaptistæ. Hi ex Staphylo referente Rescio, docent licere uni eidemque viro eosdem tempore plures uxores habere. Licere similiter fratri, viventis adhuc fratris uxorem ducere. Sic de facto fecit Joannes Leydensis Rex Monasteriensis. 1534.

Damnantur Matthæi 18. *Ephes.* 5. *& in Concil. Trident. sess.* 24. *cap.* 1. *& can.* 2. *lege S. Thom.* 3. *p. in addit. q.* 53.

POSTELLANI.

Postellani à Wilielmo Postello Gallo orti sunt, ex Lindano. Hic inanes nænias è Rabbinorum & Thalmudistarum somniis desumptas invexit, adeo (teste Petro Palladio) tetras, ut indignas relatu judicet. Anno 1550. de Trinitate mundi, *a* corporis, & animarum, de Veneta Virgine, de Christo intoxicato, de matrice mundi infanda evomuit. Clavem absconditorum à sæculo composuit, ubi se profitetur declaraturum, quæ nec Apostoli, nec ipsa, inquit, Ecclesia potuit portare. In quodam libro scil. Elia Pandochæo scri- 1550.

scripsit. Universas *b* tandem sectas omnis generis hominum per Christum esse salvandas. Scripsit etiam de Nativitate Mediatoris, ultima nunc futura, ut dicebat, asserens, scripta non esse sua, sed Christi sensibiliter in nobis suum Evangelium exponentis, cujus libri auctorem in titulo scribit esse spiritum Christi. Jactabat se ab Angelo Raziel varia mysteria accepisse. Circa Sacramenta, refert idem Lindanus in tabulis Analyticis, illum defendisse errorem, quod sex *c* tantum essent Sacramenta in sua Panthenosia. De hoc Wilielmo refertur, quod tandem Catholicè obierit, ita Bellarm. de Sacram. lib. 2. cap. 23. tom. 3.

a *Sed hic superat ineptias Gnosticorum Valentinianorum, quos referunt, & confutant, Irenæus, & Epiph.*

b *Sed extra Ecclesiam non est salus, ex Conc. Lateran. sub Innocentio III. cap. 1.*

c *Septenarius numerus Sacramentorum in Conc. Florent. & Trident. sess. 7. can. 1. definitur.*

PRÆMONSTRATENSIS Apostatæ sectatores.

1540. PRæmonstratenses, vocant Hosius, & Lindanus in Dubitat. non religiosos venerabiles ordinis Præmonstratensis, sed sectarios ortos ab innominato Apostata Præmonstratensi, qui docuit *a* nullum esse infernum, nec Christum ad inferos descendisse, nec ibidem extitisse sanctos Patres. Docuit similiter *b* Christum iis verbis in cruce Deus Deus meus, ut quid dereliquisti me, desperasse, & ob id condemnatum. Quæ blasphemia adeo execrabilis effecit (ait Lindanus) ut hujus Apostatæ impiissimi, ne nomē quidem pii superesse voluerint.

a *Damnatur expresse à Symbolo Apostolorum, & Niceno, & script. sup. verbo Bezani.*

b *Insignis blasphemia quam Calvinus docuit, & ante ipsum quidam apud Sanctum Epiphanium adversus hæreses ubi supra, quos confutat. Lege Feu-ardentium in Theom. lib. 5. Christo patiente cap. 11. hunc errorem egregie confutantem.*

PROTESTANTES Anglici.

PRotestantes Anglici, ob id dicti, 1563. quod in Anglia Lutheranos rigidos sequantur, inter quos & Puritanos, ut dicit Philopater in respons. ad edictum, tanta est dissensio in Anglia, quanta in Germania inter Lutheranos rigidos, & molles, cōtendentibus Puritanis quicquid expressum est, inquiunt, bonæ, puræque farinæ ad Puritanorum sectam transisse, reliquis vero Zvvinglianis, Lutheranis, vel Protestantibus coronæ Anglicanæ, religionem defendentibus, furfur tantum, & siliquas remansisse. Docent hi Protestantes ex Goodmanno Anglicanæ Ecclesiæ apud Genevenses protoministro sequentes errores. Magistratus si leges Dei transgrediantur non habendos ut superiores, sed ut privatos homines puniendos: & hanc punitionem illis infligendam à tota multitudine cui gladius justitiæ ex parte commissus est. De hoc Goodmanno plura Sanderus lib. 7. visib. Monarch. c. 22. contra eosdem invehitur Staplet. de successione Ecclesiæ lib. 13. Principiorum cap 19.

Sed Apostolus Petrus eos damnat docens. Nedum obediendum bonis, & modestis, sed etiam discolis, 1. Petri 2.

***

PRO-

PROTESTANTES Spirenses.

1526. PRotestantes Spirenses sic dicti, ex Rescio, eo quod cum à Rege Ferdinando esset permissum, ut in religionis negotio, Deo & Cæsari facti sui rationem reddere possent, nihil tamen interim renovantes, usque ad concilium; illi, qui in conventu Spirensi protestati sunt, se non posse Magistratus decretis subscribere, & propterea Cæsarem appellare, Protestantes dicti sunt. Hi sectarii sunt Luthericolæ: sed ob additos proprios eorum errores, & mores magis ad Antilutheranos cum Rescio referendi sunt, de quibus dictum est supra.

Hæreticorum mos, ut ad Principes, ad Concilia appellent, ut patet de Donatistis, Pelagianis, apud August. tom. 7.

PSEUDOECCLESIASTÆ.

1560. PSeudoecclesiastas, vocat Rescius eos, quos Pseudo-Evangelicos Sanderus vocat, nempe protestantes, & Zvvinglianos perperàm de Ecclesia sentientes. Ab initio enim docuerunt Ecclesiam esse invisibilem, soli Deo cognitam. Sed cum eorum Synagogæ hoc modo præjudicari etiam viderent, fassi sunt tandem Ecclesiam in se visibilem quidem esse, sed ita interdum *b* obscurari, ut penitus interiisse videatur. Excogitarunt similiter duplicem Ecclesiam isti pseudoevangelici; unam visibilem ex piis, & impiis constantem, eandem tamen doctrinam profitentibus, alteram invisibilem piorum, & electorum, quæ est columna, & firmamentum veritatis, sic Illyricus & Magdeburg. Sed de eadem Ecclesia dum hanc ponunt conditionalem (Non errat Ecclesia quamdiu innititur petræ Christo, & fundamento Apostolorum & Prophetarum. Nec mirum si erret, quoties deserit illum, qui solus est veritas) Aperte fatentur Ecclesiam errare posse, cum contra Paulus clamet Ecclesiam esse columnam, & firmamentum veritatis, 1. Tim. 2.

a *Visibilitas Ecclesiæ monstratur Matth. 5. & ab Aug. lib. de unit. Eccl. contra Donat.*

b *Perpetuitas habetur Psal. 88. Matth. 10. Vide Aug. loc. cit. c. 12.*

c *Refelluntur ab Aug. contra Donat. in coll. cap. 6. Hier. lib. 2. contra Iovin.*

d *Sed absolute facta sunt promissiones Ecclesiæ Isa. 59. Ioan. 14. & Matth. ultim.*

PSEUDOEVANGELICI.

PSeudo-Evangelici ab Hosio vocantur, quotquot ab Ecclesiastica communione recedentes, quamcunque sectam, sive Lutheri, sive Calvini sequuntur, alios omnes, ut stupidos habentes, se solos sapientes existimantes, & scripturarum intelligentia præditos. Quod nomen cum generale sit, non affigitur peculiari alicui sectæ, sicuti nec ea nomina, Satanistæ, Schismatici, Semichristiani. i. qui cum de capite Christo bene sentiant, in aliis dogmatibus ab Ecclesia separantur. Neo particularibus sectis conveniunt, quæ omnibus sunt communia. *Generale est nomen sectarum.*

PURITANI.

PUritani in Anglia, ex Sand. lib. 7. visib. Monarch. n. 221. in Anglia sectarii sunt Calviniani, ita ut puriores haberi velint aliis sectariis, ut nuper di- 1565.
ctum

ctum est. Hi teste eodem Sandero lib. de Schismate Anglicano, tenent Ecclesiam statim ab ipsis Apostolorum temporibus fuisse *a* corruptam. Sanctos *b* Patres rejiciunt ne, inquiunt, admittere videantur traditiones humanas. Nolunt teste Cudsemio de desp. Calvini causa cap. 6. in Ecclesia esse ullos officiorum, & dignitatum ordines *c* Anarchiam confusam, & parilitatem introducentes, contra quos invehitur Rex Jacobus Modernus in præfat. monit. ad Reges, Principes fol. 58. edit. Amsterd. dicens, quod præcipuus labor ejus fuit, dejectos Episcopos restituere, & Puritanorum Anarchiam expugnare. Omnes *d* Ecclesiasticas cæremonias tollendas decrevere, unde nec Sanctorum festa celebrant, nec memorias nati Christi, passi, resurgentis, ad cœlos ascendentis. Vestes sacras, vel religiosas in divino cultu nullas adhibent. In cœna non calices, sed vulgaria pocula propinantur. Altaris loco mensam erigunt, cui commodè viginti, & plures accumbere possunt, & ex tribus vel quatuor in ea positis scutellis, panis frustillis repletis, totidemque scyphis Sacramentum suis ipsi manibus capiunt, ut histrionicum convivium exprimere videantur, ex Cudsemio c. 9. Refert Cardinalis Alanus inventos Puritanos qui deficiente vino in cœna, in cerevisia celebrarent. Adeo autem ex Sandero lib. 7. visib. Monarch. Catholicos ritus exhorrent, ut recusent in iis locis orare, baptizare, quæ catholico ritu fuerunt consecrata. Plura alia vide in Naniano Vinzeo Scoto in suo flagello hæreticorum, & in Philopatro in responsione ad edictum Reginæ Angliæ. Contra eosdem Puritanos in sua inauguratione etiam invectus est Rex Jacobus publica ad suos oratione profitens Romanam Ecclesiam esse, & semper fuisse matrem omnium Ecclesiarum: sed ut à suis Præceptoribus edoctus est, illam nunc tanquam vetulam rugas *e* contraxisse, & instar anus delirantis errare, ideoque in Regni sui Ecclesia meritò, ait, reformationem aliquam in prioris ordinis Ecclesiastici Statu, gravi consilio instituisse, & institutam deinceps defendere, & propagare. Quæ inanis persuasio si ope divina ex Regis phantasia eradicari posset, maxima esset spes de Principe isto filio martyris Reginæ Scotiæ de Catholica religione amplectenda, quàm si amplecteretur, tunc legitime titulum pristinum FIDEI DEFENSOR posset repetere, & legitimè usurpare. Pro ista reformatione duos edidit libros Guilhielmus Perkinsus Anglus, unum cui titulum affixit, Catholicum reformatum, alterum in quo monstrare nititur innovata, ut ait Ecclesiæ Romanæ modernæ dogmata. Sed pro Ecclesia Gaspar Scioppius scripsit egregiè, & Joannes Barclajus Paræneſi ad sectarios.

a *Ecclesiam deficere non posse habetur Matth. ultimo. 1. Tim. 3. Ecclesia Dei vivi, quæ est columna, & firmamentum veritatis.*

b *Patres audiendos eleganter ostendit Sanctus Vincentius Liren. contra proph. vocum novit. & Cano. in locis, de auctoritate Patrum.*

c *Anarchia talis destruitur ab Apost. Ephes. 5. & alibi lege S. Greg. Nazian. in 2. Apologetico. Et S. Thom. 3. p. in additionibus de ordine q. 34 art. 1.*

d *Ceremonias admittendas annotavimus supra contra Adiaphoristas.*

e *Sed perpetuæ sunt promissiones Christi ex Ioan. cap. 14. Matth. ultimo. Et fidelis est Ecclesia dogmatum Custos. ex Iren. lib. 3. c. 4.*

Q.

QUADRISACRAMENTALES.

1540. Quadrisacramentales sic dicti à Staphylo, Rescio, & cæteris, quidam molles Confessionistæ præsertim Wirtembergenses, quod quatuor tantum recipiunt Sacramenta, Baptismum, Cœnam, Absolutionem, Sacerdotium.

Septenarius numerus Sacr. definitur in Concil. Flor. & Trid. sess. 7. can. 1.

QUADRITHEITÆ.

1552. Quadritheitas vocavit Jordanes Parisiensis in responsione ad Danæum, qui in Trinitate essentiam quandam introduxere, cujus tres divinæ Personæ sint participes, seu in qua subsistant, & quasi pendeant. Hunc errorem tribuit Bezæ. Eundem sequuti sunt Theolog. Wirtemberg. Thesi 6. & Theologi Casimiriani, ex actis colloquii Montelper. de concordia Bre. cap. 8. & Calvinus, ut illi exprobrat Gentilis, & Ministri Genevenses.

Damnantur in Concil. Lateran. 1. can. 1. & Concil. Later. 3. cap. 2. Lege S. Thom. p. par. quæst. 30. art. 2.

R.

REFORMATORES.

Generale est nomen sectarum. Reformatores vocat Ederus 2. p. Inquis. Evang. tract. 4. qui in quacunque secta in sua Confessione aliquid reformandum, & corrigendum putant, quas reformationes, ut absolutissimas docent, cum multum de novitate parum de vetustate habeant. Hi parum ab Examinatoribus differũt. Et quamvis omnes sectarum Principes moderni se voluerunt dici Christianæ fidei reformatores, hoc nomen plus cæteris affectarunt Calviniani, quorum secta specioso titulo, à suis reformata religio nuncupatur, cujus tamen nominis quadam solum prætensione possessores existunt, cum revera sit dicenda superstitio, & deformata religio. Unde & Christianissimi Francorum Reges in omnibus edictis, supremæque Parlamentorum Curiæ, in solemnibus decretis, & Senatus Consultis, vocem, Pretendue, addiderunt, quod scilicet, ab ipsis reformata religio obtendatur, Vide Richeom. in Idololatr. Hugonot. cap. 17.

Reformata, verius deformata ista religio est, omnium idololatriarum Pantheon, atque Babylon, triplici capite constans, Lutheri, Zvvinglii, & Calvini.

RICHERIANI, qui & Marcionistæ novi.

Richeriani, à Lindano, Edero, & Gaultero, dicuntur quidam sectarii Calviniani, qui Petrum Richerium Carmelitanum apostatam Calvinistam ducem habuere. Scripsit teste Nicolao Villagognone lib. contra articulos Calvinianos, arcendos homines ab esu divinæ carnis *a* in Eucharistia, eo quod dicebat spem æternæ vitæ, non ad corpora, sed ad animas spectare. Cum Marcione etiam carnis resurrectionem negavit. Ex Gaultero. Idem docuit in *b* carne Christum non adorandum. Licere illum adorare ut Deum, non ut homi- 1560.

hominem. Patrem orandum per Christum, sed non ipsum Christum, ne humanitati honor tribuatur.

a *Damnantur in Concil. Trident. sess. 13. cap. 2. Lege S. Thom. 3. p. q. 73. art. 3. & quæst. 79. art. 1. & seq.*

b *Hic Error à scripturis damnatur Heb. 1. & Concil. Constantin. 2. sess. 8. can. 7. Ephes. can. 18. Lege S. Thom. 3. par. quæst. 2. art. 1. & 2.*

S.

SABBATHARII, aliàs Paschatitæ.

1544. SAbbatharios, vocat Lindanus Dial. 2. cap. 9. quosdam qui (præter illos, qui sabbathum volunt observandum) in sabbatho forte tantum Dominicum diem colendum volunt, sed hoc ut incertum habet. Quod si ita est, hoc dogma ex Lutheri officina processit, ausus enim est ex lib. de conciliis, festum paschæ inter immobilia festa computare, ut in quemvis diem inciderit, celebrari possit: & oblitus Apostolicæ traditionis jubentis, post sabbathum Dominicum diem colendum, non erubuit dicere; Ecclesiam, & Nicænos Patres superstitiosè post plenilunium Martii, diem paschæ in diem Solis collocasse. Unde qui ejus dogma secuti sunt, merito Paschatitæ vocari possunt. Talis fuit Carolstadius, qui nullum voluit festum nisi sabbathum servandum, ex Erasmo Albero contra Carolstad. Alios sabbatharios recenset Sanderus, & Florim. lib. 2. cap. 15. n. 7. spectantes ad Anabaptistas, dicentes. Sabbathum, non Dominicum diem colendum. Patrem, non item Filium, & Spiritum sanctum invocandum.

Sed hos jam pridem explosit Ecclesia. Lege S. Epiphanium contra Quartadecimanos.

SACRAMENTARII.

SAcramentarii, omnes generali vocabulo, sectarii sunt Antilutherani, eo autem vocabulo Sacramentariorum insigniti sunt, quod sanctissimi sacramenti Eucharistiæ doctrinam corrumpere tentarunt, quorum Dux Carolstadius censetur. In sex, vel septem factiones divisos, suo tempore testatur Lutherus serm. de Sacramento Haganoæ anno 1527. In quadraginta ferme Rescius, ut Zvvinglianos, Calvinistas, &c. ut in propriis sedibus, & tabulis recensentur à nobis. Porro sacramentarii iidem partiuntur etiam in duo cornua, in novos & veteres. Veteres dicebant Eucharistiam solum esse signum vacuum. Novi vero participari verum Christi corpus, & sanguinem, non ore, sed fide. In Gallia dividuntur in Politicos, & Causarios. In Anglia in Parlamentarios, & Puritanos. In publicos, clancularios, & sunt ii, qui cum Calvinistis permisti, suam tamen de cœna opinionem tempori, & occasioni accommodant, quos Lutheristæ semi-Zvvinglianos vocant, ex Joan. Scultz. in serpente antiquo fol. 197. Spiritus Sancti lucem fugientes venti flatum observantes &c.

Generale est nomen sectarum.

Sed utrique damnantur disertissimis verbis in Concil. Trident. sess. 13. can. 1. & ex aliis Patribus, specialibus titulis Sacramentariorum citatis, & citandis.

SAMOSATENI Novi.

SAmosateni novi sic dicti, ex Surio, & Rescio, quod Pauli Samosateni antiquatam hæresim suscitarunt, talis fuit Servetus, quem Georgius Blandrata, & 1532.

Franciscus David sequuti sunt, Principes ministrorum Transylvaniæ. Negant *a* in Deo esse distinctionem personalem. Christum ante incarnationem dicunt nihil fuisse, nisi in mente Dei per ideam. Christo *b* communicatam Divinitatem non per generationem æternam, sed per inhabitationem gratiæ. Franciscus David addidit non esse Christum invocandum, sed solum Patrem, ait, quia solus est verus Deus. Sed Faustus Socinus, etsi fateatur Christum posse invocari, ait, quod majoris perfectionis est, rectà ad Patrem accedere. In Polonia hæc pestis grassatur. Hunc Davidem sequuti sunt quidam Hungarici ministri, ex Bellar. lib. 1. de Christo. c. 1.

a *Contra hos scriptura clamant, Ioan. 1. 10. & cap. 16. & Symbol. Nicæ. & Athan. lege D. Thom. quæst. 30. art. 1. p. p.*

b *Romanor. 8. dicitur: Christus interpellat pro nobis. 1. Ioan. 2. Advocatum habemus apud Patrem.*

SANGVINARII.

1544. Sanguinarios, vocat Lind. quosdam Antilutheranos, qui humano potato sanguine, instar Catilinæ conjuratorum ad cædes perpetrandas fœdere se obstringebant. Antuerpiæ talem Anabaptistarum sectam non fuisse ignotam, ex fide dignis apud Lindanum constat.

Spiritus Ecclesiæ Catholicæ pacificus, hæreticorum crudelis. Lege August. coll. 3. contra Donat. epist. 122. & in Psal. 39.

SCHAPLERI.

1525. Schapleros, vocat Sixtus Senensis Christophori Schapleri Lutherani sectatores. Is scripsit 12. articulos de libertate Christiana, inter cæteros unus erat, non esse solvenda tributa Magistratibus, qua doctrina informati rustici quidam arma adversus Magistratus sumpsere.

Contra hos dicitur Marci 12. Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, &c. & S. Paulus docet. Reddendum cui vectigal, vectigal, cui tributum, tributum, Rom. 13.

SEMIOSIANDRINI.

Semiosiandrini sunt, ex Staphyl. & Resc. qui Antiosiandrinos contra Osiandrum defendendos suscipiunt. 1543.
Dicunt in hac vita hominem fieri justum imputative, in alia per eam justitiam, qua Deus essentialiter justus est. Ita Theolog. Tubingens. ut liber Ducis editus in Prussia, de Osiandri controversia; & epistola Brentii de eadem controversia ad suum Principem aperte testatur.

Damnantur hi sess. 6. Conc. Trid. can. 10.

SEMITRANSUBSTANTIATORES.

Semitransubstantiatores quidam sectarii sunt dicti, qui transubstantiationem admittentes, dicunt tamen corporis Christi speciem accedere ad speciem panis, & sanguinis speciem ad speciem vini, & illam particulam Trans, docent idem esse, ac præter. Ex Edero, ad Lutheri sectam pertinent, utpote qui in reliquis articulis Lutherum sequantur. 1540.

Sed transubstantiatio quid sit, definitur in Trident. Concil. sess. 13. cap. 4.

***

SEPA-

SEPARATI, sive Spirituales.

1544. SEparati, sive Spirituales dicuntur, qui vulgi cultum, usum ciborum, armaque detestantur, ex Lind. in Dubit. dial. 2. n. 28. Sunt Anabaptistæ.

Damnantur à D. Paulo 1. Timoth. 4. & in Canonibus Apost. can. 50.

SEPULCHRALES.

1564. SEpulchrales, dicuntur à Sandero lib. 7. visib. Monarch. quidam sectarii, qui Bezam hujus hæresis auctorem sequuti, negant animam Christi ad inferos descendisse, sed solummodò in sepulchro quievisse; infernum, sepulchrum esse interpretantes. Sunt Antichristiani.

Damnantur Actuum cap. 2. & Symb. Apost. & Niceno. Vide Anastasium Carmelitam de inferno Calvini.

SPANGEBERCICI.

1539. SPangebercici à Joanne Spangebercico, Lutheri discipulo orti sunt. Hic scripsit nihil Deo esse gratum, nisi quod ab ipso præceptum *a* est. Duplicem esse facultatum derelictionem, unam ex nostra electione sine Dei mandato, alteram, quæ mandatum Dei habet, ut cum Tyranni cogunt, vel facultatibus spoliari, vel Evangelium dimittere. Primam, ait, Christum *b* rejecisse Matth. 15. sine causa me colunt docentes doctrinam, & mandata hominum, secundam vero laudasse. Sunt Lutherani rigidi.

a *Consilia suadet Christus Dominus Matt. 19. Si vis perfectus esse vade & vende omnia, &c. & 2. Corinth. 7. dicitur, Consilium autem do, &c.*

b *Christus ibi rejicit Deuterosim, & falsas quasdam traditiones Rabbinorum. Lege Senensem in Biblioth. Traditiones seniorum.*

STANCARIANI.

STancariani à Francisco Stancaro Mantuano originem ducunt. Hic, ut dicit Feu-ardentius in lib. 1. Irenæi. c. 7. in Polonia, sicut Servetus Genevæ, Illyricus Germaniæ, Gnosticorum virus sparsit, æternam filii Dei personam tentans obscurare, dixit, non esse Patris personæ coæternam, & per quandam metaphoram dici *a* Verbum Dei, nec logos hypostasim in scripturis significare. Soli humanæ naturæ Christi Domini officium *b* mediatoris tribuit; ita ut faciat unum mediatorem hominum, alium auctorem Deum, duas *c* personas Christum sustinere fingens, mediatoris, & collargitoris. Similiter comminiscens unum missum à Trinitate hominem, alterum mittentem, unum humiliatum, & exinanitum, carneum, alterum, qui non se exinaniverit, unum orantem Christum hominem, alterum exaudientem *d* Christum Deum. Refert Resc. ex lib. dicto chimærâ Orichovii Roxolani ad Sigismundum Regem, hos alios errores, tanquam canones reformatorios edidisse. Videlicet, Patrum instituta antiqua, novis impietatibus permutanda. Veterem religionem abrogandam, novam instituendam. Regi *e* non parendum, nisi præscripto tuo imperanti. Sacerdoti non obtemperandum, nisi jussu tuo Ecclesiæ præsidenti. In Eucharistia non corpus cum pane, ut Lutherus, non signa corporis cum Sacramentariis statuit, sed absolute apponit suis panem cibarium, *f* & vinum cuparium, asserens solum in illis esse quan- 1543.

Franciscus David sequuti sunt, Principes ministrorum Transylvaniæ. Negant *a* in Deo esse distinctionem personalem. Christum ante incarnationem dicunt nihil fuisse, nisi in mente Dei per ideam. Christo *b* communicatam Divinitatem non per generationem æternam, sed per inhabitationem gratiæ. Franciscus David addidit non esse Christum invocandum, sed solum Patrem, ait, quia solus est verus Deus. Sed Faustus Socinus, etsi fateatur Christum posse invocari, ait, quod majoris perfectionis est, rectà ad Patrem accedere. In Polonia hæc pestis grassatur. Hunc Davidem sequuti sunt quidam Hungarici ministri, ex Bellar. lib. 1. de Christo. c. 1.

a *Contra hos scriptura clamant, Ioan.* 1. 10. *& cap.* 16. *& Symbol. Nicæ. & Athan. lege D. Thom. quæst.* 30. *art.* 1. *p. p.*

b *Romanor.* 8. *dicitur: Christus interpellat pro nobis.* 1. *Ioan.* 2. *Advocatum habemus apud Patrem.*

SANGVINARII.

1544. SAnguinarios, vocat Lind. quosdam Antilutheranos, qui humano potato sanguine, instar Catilinæ conjuratorum ad cædes perpetrandas fœdere se obstringebant. Antuerpiæ talem Anabaptistarum sectam non fuisse ignotam, ex fide dignis apud Lindanum constat.

Spiritus Ecclesiæ Catholicæ pacificus, hæreticorum crudelis. Lege August. coll. 3. *contra Donat. epist.* 122. *& in Psal.* 39.

SCHAPLERI.

1525. SChapleros, vocat Sixtus Senensis Christophori Schapleri Lutherani sectatores. Is scripsit 12. articulos de libertate Christiana, inter cæteros unus erat, non esse solvenda tributa Magistratibus, qua doctrina informati rustici quidam arma adversus Magistratus sumpsere.

Contra hos dicitur Marci 12. *Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, &c. & S. Paulus docet. Reddendum cui vectigal, vectigal, cui tributum, tributum, Rom.* 13.

SEMIOSIANDRINI.

SEmiosiandrini sunt, ex Staphyl. & Resc. qui Antiosiandrinos contra Osiandrum defendendos suscipiunt. 1543.
Dicunt in hac vita hominem fieri justum imputative, in alia per eam justitiam, qua Deus essentialiter justus est. Ita Theolog. Tubingens. ut liber Ducis editus in Prussia, de Osiandri controversia; & epistola Brentii de eadem controversia ad suum Principem aperte testatur.

Damnantur hi sess. 6. *Conc. Trid. can.* 10.

SEMITRANSUBSTANTIATORES.

SEmitransubstantiatores quidam sectarii sunt dicti, qui transubstantiationem admittentes, dicunt tamen corporis Christi speciem accedere ad speciem panis, & sanguinis speciem ad speciem vini, & illam particulam Trans. docent idem esse, ac præter. Ex Edero, ad Lutheri sectam pertinent, utpote qui in reliquis articulis Lutherum sequantur. 1540.

Sed transubstantiatio quid sit, definitur in Trident. Concil. sess. 13. *cap.* 4.

***

SEPA-

SEPARATI, sive Spirituales.

1544. Separati, sive Spirituales dicuntur, qui vulgi cultum, usum ciborum, armaque detestantur, ex Lind. in Dubit. dial. 2. n. 28. Sunt Anabaptistæ.

Damnantur à D. Paulo 1. Timoth. 4. & in Canonibus Apost. can. 50.

SEPULCHRALES.

1564. Sepulchrales, dicuntur à Sandero lib. 7. visib. Monarch. quidam sectarii, qui Bezam hujus hæresis auctorem sequuti, negant animam Christi ad inferos descendisse, sed solummodò in sepulchro quievisse; infernum, sepulchrum esse interpretantes. Sunt Antichristiani.

Damnantur Actuum cap. 2. & Symb. Apost. & Nicano. Vide Anastasium Carmelitam de inferno Calvini.

SPANGEBERCICI.

1539. Spangebercici à Joanne Spangebercico, Lutheri discipulo orti sunt. Hic scripsit nihil Deo esse gratum, nisi quod ab ipso præceptum *a* est. Duplicem esse facultatum derelictionem, unam ex nostra electione sine Dei mandato, alteram, quæ mandatum Dei habet, ut cum Tyranni cogunt, vel facultatibus spoliari, vel Evangelium dimittere. Primam, ait, Christum *b* rejecisse Matth. 15. sine causa me colunt docentes doctrinam, & mandata hominum, secundam vero laudasse. Sunt Lutherani rigidi.

a *Consilia suadet Christus Dominus Matt. 19. Si vis perfectus esse vade & vende omnia, &c. & 2. Corinth. 7. dicitur, Consilium autem do, &c.*

b *Christus ibi rejicit Deuterosim, & falsas quasdam traditiones Rabbinorum. Lege Senensem in Biblioth. Traditiones seniorum.*

STANCARIANI.

Stancariani à Francisco Stancaro Mantuano originem ducunt. Hic, ut dicit Feu-ardentius in lib. 1. Irenæi. c. 7. in Polonia, sicut Servetus Genevæ, Illyricus Germaniæ, Gnosticorum virus sparsit, æternam filii Dei personam tentans obscurare, dixit, non esse Patris personæ coæternam, & per quandam metaphoram dici *a* Verbum Dei, nec logos hypostasim in scripturis significare. Soli humanæ naturæ Christi Domini officium *b* mediatoris tribuit; ita ut faciat unum mediatorem hominum, alium auctorem Deum, duas *c* personas Christum sustinere fingens, mediatoris, & collargitoris. Similiter comminiscens unum missum à Trinitate hominem, alterum mittentem, unum humiliatum, & exinanitum, carneum, alterum, qui non se exinaniverit, unum orantem Christum hominem, alterum exaudientem *d* Christum Deum. Refert Resc. ex lib. dicto chimærâ Orichovii Roxolani ad Sigismundum Regem, hos alios errores, tanquam canones reformatorios edidisse. Videlicet, Patrum instituta antiqua, novis impietatibus permutanda. Veterem religionem abrogandam, novam instituendam. Regi *e* non parendum, nisi præscripto tuo imperanti. Sacerdoti non obtemperandum, nisi jussu tuo Ecclesiæ præsidenti. In Eucharistia non corpus cum pane, ut Lutherus, non signa corporis cum Sacramentariis statuit, sed absolute apponit suis panem cibarium, *f* & vinum cuparium, asserens solum in illis esse quan- 1543.

dam memoriolam Christi passi, unde de hac nova phantasia lætabundus cecinit. Cœna papistica mala, Lutherana multo pejor, Calvini omnium pessima, cœna Stancari divina. Ad Trinitarios pertinent.

a *Damnatur hæc hæresis in Symb. & Concil. Nicæn.*

b *Et Paulus clamat: Vnus est hominum mediator DEI, & hominum homo, Christus Iesus, 1. Tim. 2.*

c *Nestorii error est, qui damnatur in Concil. Ephes. & in Concil. Constant. 5. can. 3.*

d *Contra est, quod scribitur. Ne transgrediaris terminos, quos posuerunt patres tui, Proverb. 3.*

e *Et S. Petrus dicit: Deum timete, Regem honorificate, 1. c. 3. & iterum: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, Rom. 13. scribitur.*

f *Damnatur in Trid. sess. 13. cap. 1. & 2.*

STEBLERI.

1544. Stebleri, qui & Baculares, ex Lindano, sunt quidam sectarii Anabaptistæ, sic dicti, quod gladium, arma, *a* baculo excepto, portare piaculum reputent. Volunt *b* etiam, ex Sand. neminem in judicio accusari posse. Sectarii sunt Anabaptistæ.

a *Damnantur Luca 22.*

b *Gen. 35. Levit. 5. Lege S. Tho. 22. q. 68. a. 1.*

STERNBERGENSES.

1561. Sternbergenses à Luca Sternbergio dicti sunt, qui hæc infanda, ex Staph. in civitate Olmucensi 1561. effutivit, Trinitatis nomen *a* supervacaneum esse, ac proinde loco illius metriô Veneranda Trinitas, cantandum ô veneranda bonitas. Optare se, ut dæmones omnes Trinitatem abducant, & asportent. Se nescire num Trinitas sit mas, vel fœmina, sed tandem se persuaderi esse fœminam quæ tres maritos habuerit. Christum *b* ait non fuisse Deum, sed purum hominem, ut cæteri ex viro & fœmina nati, unde & Virginitatem *c* Deiparæ negat. Non virtute *d* propria eundem à mortuis surrexisse, & tunc adoptatum in Filium, cum dictum est in Jordane: Hic est Filius *e* meus dilectus, *Matth. 3.* Spiritum Sanctum nihil aliud esse, vult, quam columbam, & ut dicit Brendebachius in Antiperaspiste lib. 4. c. 13. docuit, in scripturis non posse de divinitate, nec existentia *f* Spiritus sancti constare, & potius dixit se velle redire in cœnobium, quam Spiritum sanctum confiteri. Baptismum *g* vocavit satanicam institutionem. De Eucharistia cum Melanchthone suo præceptore sentire professus est. Sed Caspar Francus dicit, illum nihil de eo Sacramento credidisse. Scribit Staphyl. quod cum in sua cœna paucos sodales communicaturos haberet, & non parvæ superessent reliquiæ, sic illos invitaret. Venite huc, non enim possum solus devorare. Hæc ille impius Spiritui gratiæ contumeliosus. Circa Sacramenta, Lutherana dogmata profitebatur. Pertinent ad Trinitariorum sectas.

a *Sed hæ intolerabiles blasphemiæ ex scripturis & Patribus refutantur, præsertim in Concil. Later. 1. can. 1.*

b *In eodem Concil. can. 2. & 3.*

c *In eodem Concil. can. 4.*

d *Roman. 1.*

e *Ad Philippens. 2. 1. Joan. ult.*

f *A Chrysostomo hom. 59. in Ioan. Lege S. Thom. 2 p. q. 39. ar. 8. ad 2.*

g *Ioan. 5. Matth. ult.*

***

SUB-

SUBSTANTIARII.

1550. Substantiarii sic dicti, quod accidentariis Lutheristis se opponant, iidem, & Manichæi vocari solent. Docent peccatum originis esse ipsam essentiam, & substantiam hominis. Hujus sectæ Princeps extitit Illyricus. Circa alios vero articulos de Christi persona, ejusdem ad inferos descensu &c. acerbissime inter se digladiantur. Pertinent ad Semilutheranos.

Damnantur in Concil. Milev. c. 2. & Trid. sess. 5. can. 1. & 2.

SWENCKFELDIANI.

1541. Swenckfeldiani orti sunt à Caspare Swenckfeldio. Hic in expositione Sacramentalium verborum *a* Eucharistiæ novum commentum meditatus est, prædicatum in subjectum transponendo, hoc modo, Corpus meum est hoc, panis, vel cibus. Præter somnia sua, & Enthusiasmos ex Palladio in Catalogo hæresum, negavit scripturam esse verbum Dei, nec Christiano, dixit, licere additum esse scripturæ, Deum audiendum solum, & vocem ejus de cœlo expectandam. Nec *b* nos subjiciendos scripturis, sed eas nobis, ad quam voluerimus inflexionem, ut refert Illyricus præfat. in epist. Postell. Christum de *c* cœlo dixit, corpus attulisse, ut Beza in com. epist. ad Rom. c. 1. refert. Humanam, insuper, naturam Christi esse genituram Spiritus sancti, quæ *d* post ascensionem in Deum conversa est. Quemlibet hominem ea sapientia & bonitate, quibus Deus essentialiter *e* præditus est, pariter esse præditum, & ob hoc, ipsa divina natura, Deum. Confessio Mansfeld. usque ad duodecim portenta numerat, & confutat, ut refert Lind. Partita est, ex Staphylo, ista secta in Vritslavienses, in Suidnicenses, Glogovienses. Ab hac secta Swenckfeldianorum orti sunt alii Swenckfeldiani spirituales, qui ex eo quod dicebat Swenckfeldius, naturam humanam transmutatam in divinam, docuerunt *f* Christum nullo modo esse in Eucharistia, sed solum illud Sacramentum esse signum vanum, & spiritum internum tantummodo sufficere. Pertinent ad Sacramentarios.

a *Sed verum sensum horum verborum tradit Trident. sess. 13. c. 1. Lege S. Thom. 3. p. q. 78. a. 1. & 2.*

b *Damnantur Ioan. 5. Roman. 5. 2. Tim. 3.*

c *Valentini error damnatus à Patribus & scripturis. Lege S. Thom. 3. p. q. 5. art. 1. & 2.*

d *Damnantur in Concil. Constantinopol. can. 7. expressis verbis.*

e *Damnantur 2. Petri 1. & Trident. sess. 6. c. 7.*

f *Sed hunc errorem multoties diximus damnatum in Trid. sess. 13. c. 1.*

SUISTÆ.

Suistas vocat Hosius, quosdam nulli sectæ addictos, qui nec Lutherum, nec Calvinum, sed quod sibi videtur, sequuntur. Talis fuit quidam Italus, qui scripturam contemnens, dicebat, sua somnia *a* sequi, & spiritus quem jactabat, consilia sectari. Talis Barbus Oulbras, & Hespina, qui in quadam disputatione interrogati, unde petendus esset scripturæ sensus, responderunt, Quem unusquisque excogitaret *b* esse scripturæ sensum, ex Spiritu sancto esse, qui neminem vult perire. Tales & alii apud Rescium, ad quem lectorem remittimus. Unde anno 1561. Confessio scripta est ad Regem Sigismundum, 1561.

in

in qua, cum Beza tantum in doctrinâ cœnæ conveniebant, in cæteris omnes hæreses delibabant. Pertinent ad sectarios liberæ fidei.

a *Contra hos clamat Hier.14. seductionem cordis sui prophetant vobis, idem dicitur.c.27.*

b *Scripturæ sensum à Patribus petendum definitur in Conc. Trid. sess.4. decreto de editione, & usu sacrorum lib.*

SYNODICI.

1565. Synodicos, nuncupat Ederus, quosdam docentes impossibilem esse concordiam firmam fieri in rebus religionis, nisi Neochristiani, prius inveniant aliquam credendi rationem, propterea quotidie menstruas collationes, & synodos, colloquia, conventicula inducunt, semper quærentes, nunquam ad veritatem pervenientes. Sed hæc colloquia, &c. infra referentur. Pertinent ad sectarios liberæ fidei.

Hæc concordia fit, cum summo Pontifici obtemperatur definienti dubia fidei, ut scripsit Cyprianus de unit. Eccles. & S.Thom.22. q.1.ar.10.& 4.contra Gent.cap.76.

T.

TACENTES.

1543. Tacentes, aliàs silentes sectarii sunt quidam è castris Anabaptistarum, qui Pythagoræ silentium renovantes, dixerunt non esse concionandum. Nec de religione respõdendum, indignumque esse mundum verbi auditione.

Adversantur scripturis, dicitur enim Matth. ult. Prædicate Evangelium omni creaturæ, & Rom.10. Ore fit confessio ad salutem.

TRANSCONDITIONATORES.

Transconditionatores, vocat Ederus, quosdam Sacramentarios, qui transubstantiationem oppugnantes, transconditiationem repererunt, dicentes, Vinum & panem post consecrationem aliquid plus esse pane pistorio, & vino in taberna. 1542.

Transubstantiatio definita in Concil. Later. sub Innoc. III. Florent. in litteris union. Armen. Trid. sess.13. can.2. hoc dogma evertit.

TRINITARII, vel Trideistæ.

Trinitariorum multiplex genus est, sic dicti, quod contra Trinitatem hæreses multas suscitarunt, vel de novo invenerunt, nomen siquidem cum re Trinitatis Sternbergenses repudiant. Personalem distinctionem Servetus (audiens à Luthero non esse standum Ecclesiæ explicationi) negavit. Tres personas veluti tres nodos in tabula, quorum unus nihil ab alio habet nisi ordinem primi, & secundi, dicunt Calvinistæ, esseque autotheas, id est, à seipsa Deum, tres personas sic esse unum Deum, ut pater reliquarum sit essentiator, & effector, ut dixit Gentilis. Easdem esse veluti tres formas in una materia, tanquam ceræ insculptas, dixerunt Triformiani. Tres esse unum æquivocè Deum, seu ut materia, & forma unum constituentes, dixit Scheckius. Tres à quadam substantia dependentes, cujus sint participes docuit Beza. Tres dixerunt Servetiani etiam quasi totius compositi partes integrales, ut penes unum sit tota Deitas, in aliis ex sola participatione; & tandem alii

alii tres Deos diversos, aut ut ejusdem speciei plura individua per se subsistentia, & diversas essentias separatas habentia, prædicarunt: & hi proprie Tritheistæ, vel Triousiani, vel Trideitæ, vel Tritheitæ appellantur, in Polonia Duce Georgio Paulo 1560. ex eodem Coccio supra. Horum Trideitarum Palladius XIX. errores horrendos recenset. Videatur Hosius recensens Apostrophen Trinitariorum ad Tigurinos, similiter Possevinus in notis verbi Dei &c. Ad hanc sectam reducuntur Triousiani tres essentias cum tribus personis multiplicantes. Vide Rescium. Pertinent ad Castra Antichristianorum.

Hos damnat Scriptura sacra Matth. ult. & 1. epist. Ioannis cap. 5. & Concil. citat. verbo Ariani novi. August. legendus cum S. Hilario lib. de Trinitate, & S. Thomas. p. p. q. 27. 31. 42.

TRISACRAMENTALES.

1540. Trisacramentales, vocat Staphylus, quosdam molles Lutheristas, tria Sacramenta confitentes, baptismum, cœnam, Absolutionem, aut secundum alios loco absolutionis, ordinationem, vel alios pro ordinatione matrimonium recipientes.

Septenarius Sacramentorum numerus definitur in Flor. & Trid. sess. 7. can. 1. Lege S. Thom. 3. p. q. 68. art. 1.

TURCOCHRISTIANI.

Generale est nomen sectarum. Turcochristiani vocantur à Lindano ii, qui baptismate Christi initiati in 14. capitibus dogmata Machometi sequuntur, in contemnendo baptismate, ut Pacimontanus; in Polygamia amplexanda cum Ochino, & Hetzero, qui simul viventes 13. uxores sibi copulavit; in mutilatione novi testamenti cum Luthero, in non recipiendo doctrinæ alio judice præter legem divinam, ut faciunt omnes Evangelici, in quadragesimæ abrogatione; & in die dominicæ mutatione cum eisdem &c. quæ apud Lindanum legi postulo à curioso lectore. Pertinent ad Antichristianorum vexilla & SemiAtheos.

Hi omnes damnantur, sicut & Auctores, ex quibus constantur, locis superius citatis.

TROPISTÆ.

Tropistæ, à Staphylo, & Sandero dicti, sunt illi sectarii, qui salva utriusque naturæ panis, & corporis substantia, per quandam similitudinem significari dicunt, quod (Hoc) id est inquiunt, hic panis sit corpus Christi, ejusdemque signum esse, sicut fuit olim petra, unde (est) pro significat, exponunt. Et hi fuerunt Zvvingliani significativi. Sed alii tropum non in ly est, 1550.
sed in voce corporis ponunt, ut per corpus figura corporis denotetur: ita ut per pronomen, Hoc, non demonstretur verum Corpus Christi, sed figuretur tantummodo; propter quod Figuristæ & Tropistæ dicti sunt. Pertinent ad Sacramentarios.

Contrarium definitur ab Ecclesia in Later. Concil. Florent. & Trident. sess. 13. superius citat. Lege Aug. in Psal. 33. concio 1. & alibi. Ambros. lib. 4. de Sacram. c. 4. Hier. epist. 95. ad Euagrium.

***

TIGURINI.

1538. Tigurini vocantur ministri scholæ Tigurinæ Calvinianæ Academiæ infensissimi, adeo, quod cum in libris Calvini Blasphemias illas inter cæteras deprehenderent, Deum esse auctorem, & impulsorem peccati; absolutaque necessitate omnia fieri, non ferendas putarint, sed publicè Calvinianis libris damnatis flammis exurendos tradiderunt, ut dicit Hosius in Censura, & judicio de adoranda Trinitate. Cum inter Zvvinglium & Lutherum disceptatio orta esset in materia Cœnæ, & Calvinus, nec illius nec istius sententiam damnare volens, mediam illam suam novam, & sæculis inauditam positionem attulisset, panem, scilicet, & vinum propositum, nihil aliud esse, quam arrhabonem, & sigillum, omnes promissiones Christi continentes, adeo schola Tigurina offensa est, ut non ferens Zvvinglium (quem tanquam cœleste numen venerabatur) à Calvino reprehendi, mordicus elegerit in Zvvingliana doctrina acquiescere. Ritus Cœnæ Tigurinorum apud Resciu legi possunt.

Hi dogmatizantes, ut negatores Transubstantiationis damnantur in Concil. Lateran. Florent. & Trident. superius citatis. Lege Theophyl. Alex. super Evang. Marci. explicans ea verba, Hoc est corpus meum. S. Hier. in Irem. cap. 31. August. lib. 20. contra Faustum. cap. 18.

V.

WALDENSES.

1560. Waldenses hoc sæculo, ut dicit Rescius, vocati sunt quidam sectarii, qui Posnaniæ & aliis Poloniæ locis Lutheranam perfidiam sectantes, multa capita antiquorum hæreticorum Waldensium renovarūt, negando summi *a* Pontificis potestatem, *b* Purgatorium, *c* indulgentias.

a Damnantur Matth. 16. Luc. 22. Ioan. ult. ab Epiph. hæres. 28 & Optato lib. contra Parmen. Aug. epist. 165.

b *Et ex Patribus August. lib. 21. de Civitate Dei. c. 24. lib. de cura pro mortuis cap. 2. Chrysost. hom. 41. in 2. ad Cor. Trid. sess. 25.*

c *Ab eodem Concil. Trident. sess. 25.*

UBIQUETARII.

Ubiquetarii, alias Ubiquistæ, ad transubstantiationem negandam Ubiquitatis dogma *a* commenti sunt, videlicet, corpus Christi Domini post ascensionem, ex unione hypostatica habere, quod ubique sit in omnibus arborum foliis, cantharis, Cyathis, cervisiis, ac proinde in pane, & sensum verborum consecrationis esse Hoc est, &c. i. edite hoc, quod est in pane. Ubiquitatis fundamentum *b* super hoc absurdum fabricati sunt. Tenent enim omnem divinitatis perfectionem sic naturæ humanæ communicatam, ut ad æqualem cum Deo majestatem sit evecta, ut non solum secundum hypostasim, sed secundum humanitatem etiam affirmandum sit, quod sit Deus, quod omnipotens, quod immensa. Hi *c* etiam veram Christi ad cœlos ascensionem negant, sed duos Christi ascensus fatentur extitisse, unum post salutationem Angelicam, alterum postquam expiravit. Alii etiam eorum commenti sunt corpus Christi in cruce suspensum, & in sepulchro positum, eoque tempore extitisse Romæ, Athenis, in cœlo, & in omnibus locis vivum, & mor- 1550.

mortuum extitisse. Auctor dogmatis Ubiquistici Joannes Brentius fuisse perhibetur. Pertinent ad Semilutheranos.

a *Damnatur Ubiquitas à Cyrillo Alexand. 11. in Ioan. Theod. dialog. 2. & 3. Leone serm. 2. de Ascens. Vigil. 1. contra Eutychetem Fulg. lib. 2. ad Trasm. cap. 17.*

b *Damnatur expresse hoc fundamentum Ubiquitatis Concil. 5. Constant. can. 7. & 8.*

c *Unica Ascensio habetur ex Symb. & Script.*

UNCTI.

1570. UNcti, ex Sandero, Angliæ orti sunt apud Banstedium ex secta Calvinistarum anno 1570. sub Wirto quodam duce militans. Dicunt neminem peccare, a nisi qui veritatem ab ipsis prædicatam non recipit. Novum testamentum b rerum futurarum prædictionem esse, unde & Christum, quem venisse confitentur, dicunt iterum rediturum ante tamen judicii diem. Insuper dogmatizant non posse c peccare iterum illum, cui semel peccata remissa sunt. Doctis viris omnem prorsus fidem abnegant. Pertinent ad præcipuorum mysteriorum gratiæ subversores.

a *Similes sunt Manichæis damnatis, & perstrictis ab Aug. contra Manichæos, & S. Vincent. Lirinen. contra prophan. voc. Novit. cap. 26.*

b *Iudaizant. Contra hos lege S. Thom. p. 2. q 106 art. 4.*

c *Damnantur in Trid. sess. 6. can. 23.*

VORSTIANI.

1603. VOrstiani à Conrado Vorstio Arminii successore in cathedra pestilentiæ, orti sunt. Hic adolescens prius deliriis piscatorianis Herbornæ imbutus, Heidelbergæ postea doctor creatus, accersitus est tandem à Comite Steinfurtensi, ut Calvinianæ doctrinæ magister esset. Sed supra Calvinum magistrum se constituens multis editis libris nova de Deo, & Christo cœpit enarrare mysteria, teste enim Cudsemio Refutatione Quadripartiti Calviniani examinis cap. 33. de Deo dixit, quod sit essentia finitus, quantus, loco comprehensus, mutabilis, variis accidentibus, & passionibus obnoxius, compositus ex materia & forma, discursivus, & discursu de futuris conjiciens: & quod eidem proprie attribuantur in scripturis amor, odium, &c. Quod nomen Jehova attribuatur Angelis etiam, & idolis. De Christo b dixit, quod non sit æternus, nec Deus, & quod argumenta à Patribus, & recentioribus Theologis adducta, pro æterna Christi generatione sunt fallacia, & frivola. Hos errores præsens Britaniæ Rex Jacobus annotavit in libello Vorstii de attributis Dei, qui per suum legatum Hagæ Comiti, Regio nomine eos proposuit, & institit, ut horum errorum auctorẽ justo supplicio plecterent, librosque cremarent. Pertinent ad Antichristianorum Castra.

a *Contra hos errores ex scripturis, Patribus, Conciliis egregie depugnat S. Thom. p. p. disserens de attributis Dei per multas quæstiones, & lib. 1. contra Gentiles per multa capitula.*

b *Deitas, & Æternitas Christi, ex Evangeliis & Pauli Epistolis habetur, ex Conc. Nicæn. & aliis, quam egregie Athanas. contra Arianos. Hilar. lib. de Trinit. S. Thom. 4. cont. Gentiles. c. 3. propugnant.*

Z.

ZWINGLIANI.

1524. ZWingliani ab Hulrico Zvvinglio Canonico Constantiensi orti sunt. Hic à sententia sui magistri Carolstadii discedens verba Consecrationis, Hoc est &c. sic interpretatus est. Hoc *a* significat corpus meum. Dixit de originali culpa, *b* quod sit naturæ tantum morbus, non autem peccatum. Nestorianismum instaurare conatus est; referente Lindano, volens legendum: Verbum Caro est facta, non factum. Pelagio *c* quoque manus dedit, docens hominem suis naturalibus viribus posse salvari. Quadragesies scripsit Turrianus, Zvvinglium suam de Eucharistia mutasse sententiam. Pertinent ad sacramentarios antiquos. Hos tanquam hæreticos Lutherus exufflat assert. 27. contra articulos Lovanienses, & epistola ad Jacobum Presbyterum Ecclesiæ Bremensis.

a *Falsa illa interpretatio damnata est, in Conc. Trid. sess. 13. c. 1. & Patrib. toties citatis.*

b *Error damnatus in Conc. Milevit. c. 2. & Trid. sess. 5. can. 3. lege S. Thom. locis superius allegatis.*

c *Damnantur in Conc. Milevit. cap. 5. Trid sess. 6. cap. 1.*

ZWINGLIOCALVINISTÆ.

1578. ZWinglioCalvinistæ, ex Rescio, sub præsultore Volano Lituanico, secretario Jobo, & Stanislao Ventripotentibus ministris, partim docent, cum Zvvinglio, panem in Eucharistia significare tantum corpus Christi, partim cum Calvino, quod non sit nuda significatio corporis, *a* sed quod vere manducetur, atque bibatur, mente tamen, & spiritualiter, residente Christi corpore ad dexteram patris. Addebat Volanus, quod etsi corpus Christi à cœlo abesse non poterat, succus tamen illius ad nos defluebat, quo in cœna animæ, & corpora aspergebantur, & hoc esse comedere corpus Christi, & sanguinem bibere. Sed sui oblitus, ut dicit Jurgevitius, nec mente, nec corpore fideles corpus Christi sumere, ac si caro Christi nunquam extaret asseruit, nec minus baptisma, quam Eucharistiam participes nos facere corporis Christi; eamq; participationem neutri Sacraměto tribuendam, cum Christianorum filii, incorporati Christo nascantur, ac proinde susceptionem dictorum sacramentorum solum esse nudam testificationé, quod facti nō pœniteat, & nos Christo esse incorporatos, dogmatizavit *b* etiā adorationem Eucharistiæ post Concilium Lateranense cœpisse. Et malos *c* non recipere corpus Christi. Scribit Turrianus lib. 6. de Eucharistia, quod Theodori Mopsuesteni dogma renovarit. Multis epithetis illo dignis perstrictus est, quidam enim baculum Zvvingliani Cacangelii, alii Pharmacopolam Calvinistarum, alii tandem Canalistam appellarunt. Pertinent ad gregem Sacramentariorum.

a *Damnantur hi omnes, tanquam negatores præsentiæ corporis Christi realis in Sacramento, definitæ in Conc. Later. Flor. Trid. cit. sess. cit. Lege Iren. lib 4. cap. 31. Euseb. 1. Evang. demon. Cyrill. Hieros. cath. 4. Mystag. Chrys. hom. 83. in Matth.*

b *Sed ante Concil. istud Eucharistiæ adoratio habetur ex Patribus superiorum ætatum Vide Basil. de Spiritu Sancto c. 27. Chrys. hom. 61. ad pop. Aug. Psal. 98.*

c *Damnantur 1. Corinth. cap. 11. Cyprian. serm. de lapsis, Aug. lib. 5. de Bapt. c. 8. & alibi.*

* * *

Eta-

E Cœno ergo fæculento, immundarum hæresum videlicet narratione, aspirante Domino emersimus, in qua ea quæ decebat brevitate sermonis usi sumus, ut dogmata præcipua cum auctorum nominibus (operosiori impugnatione nunc seposita, simplicibus etiam consulentes, & suis locis in aliis tomis reservantes) designarentur, veteres imitati Irenæum, Tertullianum, Philastrium, Augustinum, Theodoretum, Damascenum, nam ut dixit August. de hæres. ad Quodvult-Deum. Multum adjuvat cor fidele, nosse quid credendum non sit, etiamsi disputandi facultate superare non possit. *In quibus recensendis, optimos, & fidos auctores sequuti sumus, Lindanum, Prateolum, Staphylum, Hosium, Sanderum, Philopatrum, Surium, Coccium, Rescium, Feu-ardentium, Ederum, Damianum Roscium, Alanum Copum, Petrum Cudsemium, & alios. Et quamvis à nonnullis istorum, vel plures, vel pauciores recenseantur, non de superfluitate, vel diminutione taxandi sumus, pauciores enim recensentur, quia nondum eorum tempore exorta, vel effervere cœperant: plures vero à quibusdam numerantur, quia sub distinctis nomenclaturis eadem secta locatæ sunt, quas tamen (cum in idem tendant) placuit sub uno, & eodem titulo collocare. Exempli enim gratia Orantes, & Euchytas, quos distincte ponunt quidam, sub uno, & eodem titulo posuimus. Satanistas, Semicatholicos, Semichristianos, & cæt. sub uno titulo pariter posuimus verbo pseudoevangelici. Pacificatores ad Mediatores, vel Bifidos reducuntur, & c. Goëtæ ad Hugonottas.*

Sed ne exterrearis horum multitudine, scias velim, hoc male compactum hæreticorum corpus in tot distracta, divulsaque membra divisum, in multis partibus exiccatum, in aliis adhuc supervivere, & ad interitum properare: firma enim stat Dei promissio Psalm. 57. descripta. Ad nihilum devenient tanquam aqua decurrens. *Quæ verba S. Pater Augustinus exponens scripsit:* Non vos terreant, inquit, fratres quidam fluvii, qui dicuntur torrentes; decurrit aqua, ad tempus perstrepit, mox cessabit, diu stare non possunt. Multæ hæreses jam emortuæ sunt, cucurrerunt in rivis suis quantum potuerunt, decurrerunt, siccati sunt rivi, vix eorum memoria reperitur, vel quia fuerunt. *Et S. Cyprianus lib. 4. epist. 2. dicit.* Schismaticos quidem initio fervere, sed statim cum prava æmulatione deficere. *Sic experientiâ compertum est de Arii perfidia, quæ nata anno 330. sub Constantino Imperatore, circa*

annum 400. *sub Honorio interiit. Donatistæ, sub Honorio ebullire cœperunt, sub Iustiniano circa annum* 500. *repressi sunt: circa hæc tempora Nestoriani in Ecclesiam insurgunt, circa Phocæ tempora subsederunt. Albigenses circa annum* 1200. *emergunt, circa annnm* 1280. *ad nihilum rediguntur. VVicleffistæ an.* 1370. *sub Sigismundo in lucem prodeunt, circa annum* 1415. *desierunt. Anno* 1517. *exoritur Lutherus, uno integro sæculo florere visa est ejus impietas, sed jam ferme induruit, & brevi arescet. Ipsismet testantibus nempe Luthero tom.* 1. *coll. pag.* 49. *Sarcerio in confess. Mansfeld. Calvino in præfat. catech. sui, de qua re posterius dicetur.*

TRACTATUS
SECUNDUS
CONTINENS CATALOGUM COMITIORUM, Disputationum, Colloquiorum, Conventiculorum, vel Pseudosynodorum, in quibus Cacangelici suam fidem cudere, vel reformare contendunt; aut non tam à Catholicis, quam ad invicem damnati sunt.

Quicquid hæretici in synagogis suis, hoc est in conventiculis satanæ loquuntur, non ex doctrina Domini, sed blasphemiæ, & dæmonum præstigiæ sunt, S. Ambros. in Symbol. Apostolorum.

ENumeratis singulis sectis horum temporum, superest modo suarum fidicularum scribendarum, & rescribendarum, cudendarum, & reformandarum loca, & tempora ostendere; magno enim Orthodoxo est adjumento initium dogmatum adversariorum monstrare, & loca designare, ut possint de novitate convinci. Habet verò hoc proprium hæresis, ut scripsit Hilarius lib. ad Constantium. *Quod postquam nova potius cœpit condere, quam accepta retinere, nec veterata defendit, nec innovata firmavit; & facta est potius fides temporum, quàm Evangeliorum, dum & secundum annos scribitur, & secundum confessionem Baptismi non tenetur. Periculosum nobis admodum, atque etiam miserabile est, tot nunc fides existere, quot voluntates; & tot nobis doctrinas esse, quot mores, & tot causas Blasphemiæ pullulare, quot vitia sunt; dum aut ita fides scribuntur, ut volumus, aut ita ut volumus intelliguntur. Et cum secundum unum Deum, & unum Baptisma, etiam fides una sit, excidimus ab ea fide, quæ sola est, & dum plures fiunt, ad id cœperunt esse, ut nulla sit.* Hæc S. Hilarius sui luctuosissimi seculi dissidia deplorans, & tristis & turbulenti nostri temporis faciem præsignans. Quod, ut ocularitet demonstremus supradictum Catalogum designatis locis & temporibus attexere aggredimur. De quibus Consule Surium, Fontenum, Roverum, Pontanum, Rescium, & Fernandez.

PRIMA DISPUTATIO.

ANno 1517. Fr. Joannes Tzelius Ord. Præd. centum & sex conclusiones edidit Lutheri dictis contrarias, excerptas ex Conciliis, Patribus, & doctrina S. Thomæ, (ex Coeleo de actis, & scriptis Lutheri, & Surio) egregie fidem Catholicam tuendo, cui Lutherus nolens fasces submittere, *Nimis amando sententiam suam*, ut Aug. ait de Donat. lib. 2. cap. 5. contra Donat. *vel invidendo melioribus, usq. ad præcidendæ communionis, & condendi schismatis, vel hæresis sacrilegium*, diabolica præsumptione pervenit.

COLLOQUIUM AUGUSTANUM.

ANno 1518. Primum colloquium habitum est inter Lutherum, & nostrum Fr. Thomam de Vio Cardinalem

nalem Cajetanum, Augustæ, quod procurante Friderico Duce Saxoniæ causam suam coram Cardinali tractare permissum est. Ibi Cardinalis legatus humanissime Lutherum excipiens (etiam teste Sleidano Lutherano scriptore) amicabili collocutione, absque disputatione exorta dissidia componere conatus est, iis conditionibus adhibitis, ut Lutherus quicquid scripserat, vel prædicarat contra fidem orthodoxam revocaret, in posterum spondens se nunquam in eos errores relapsurum. Quod cum facere recusasset, se in nullo errasse asseverans, multis argumentis, tam è sacra scriptura petitis, quam ex Conciliorum determinatione, & Patrum doctrina, sic perstrictus est, ut cum consistere non posse videret suam doctrinam, deliberandi, & respondendi, spatium peteret. Postero die ad Cardinalem rediens, apud quem Proceres quatuor Cæsaris Consiliarios pariter reperit, ne hæresis suspicione maculatus haberetur, hanc è schedula protestationem recitavit. (Ego Fr. Martinus Lutherus Augustinianus Protestor me colere, & sequi sanctam Romanam Ecclesiam in omnibus meis dictis, & factis præsentibus, præteritis & futuris. Quod si quid contra, vel aliter dictum fuit, vel fuerit, pro non dicto haberi volo.) At cum urgeretur, ut in specie errorum Palinodiam recantaret, respondebat se non meminisse, quicquam contra sacras litteras, Patres, & Concilia prædicasse: addebat tamen quandoquidem homo esset potens errare; omnia se judicio Ecclesiæ submittere, nec non Universitatum Basileen. Tubingen. Lovanien. quam postremam studiorum parentem, & antiquitus erectam appellavit. Sed instante legato, ut specificè detestaretur errores, eoque recusante, gravatumque insuper se esse conquerens, à Cardinali legato ad Pontificem provocavit, & appellationem affigi fecit Augustæ à suis asseclis, & interim se subduxit, & in pejus proficiens, manifestus hostis Ecclesiæ detectus est.

Ab hac hydra, tanquam ab una stirpe luxurians, multiplicata propago est, non tam gladio verbi Dei resecanda, quam igne cremanda, & à Luthero Lutherani dicti sunt, sicut & alii heretici, ut scripsit S. Iustinus contra Triphon. (alio vocabulo nominati sunt, quisque à primo inventore sui dogmatis.)

DISPUTATIO Lipsica.

ANno 1519. Mense Julio Lipsiæ disputatio indicta est, inter Joannem Eckium virum de catholica fide bene meritum, & Andream Carolstadium, Lutherum defendentem, quæ in aula Ducis Saxoniæ Georgii cæpta est die 4. & die 14. completa est. Ibi acerrimè de potestate Papæ, Purgatorio, Indulgentiis, Pœnitentia, Absolutione certatum est. Nec mortuum canem, ut à Luthero diffamatus erat, sed vivum Leonem esse Eckium expertus est Carolstadius: unde plus laboris, & molestiæ, quàm laudis reportavit. Eo lassato Lutherus certamini successit, in quo amarulentiam sui spiritus signis apertissimis exprimens, à suis admonitus, ut comiter ac blande disputaret, illud eructavit in disputatione. (Neque propter Deum ista res cæpta est, neque propter Deum finietur.) Super dictis articulis pariter disputatum est. Sed ne manifestus Ecclesiæ hostis deprehenderetur, multa tunc catholica

dixit, quæ paulò post impugnavit, videlicet (Neutiquam Ecclesiæ Romanæ superemínentiam & obedientiam oppugno) & iterum. (Mihi nunquam placuit Boemorum schisma, nec aliquando placebit, per quod tam impiè semetipsos ab unitate Ecclesiæ, communioneque nostra sponte se segregârunt.) ibidem fassus est purgatorium, è sacris litteris probari posse ex 12. cap. Matth. & 2. Machab. cap. 12. S. Gregorii Papæ de ea re expositionem admittens. Defatigato quoque Luthero iterum Carolstadius Eckium adoritur: Eckio vero invicto permanente solutus est Conventus.

Sic qui venerant triumphaturi Lutherus, & Carolstadius, cum suis asseclis VVittembergam revertuntur, honoribus, & triumphis frustrati. Et ut dicit Irenæus lib. 3. cap. 11. de antiquis Gnosticis apparuerunt (vani & indocti insuper & audaces, qui frustrantur speciem Evangelii.)

COMITIA WORMACIENTIA.

ANno 1521. Comitia Wormatiæ indicuntur. Ad eadem publica fide Lutherus vocatus est per caduceatorem Cæsaris, Gasparem Sturmium clanculò Lutheri partes agentem. Wormatiam ventum est 16. Aprilis. In conspectum Cæsaris, & ordinum Imperii perductus est. Comites habens D. Jonam Præpositum omnium Sanctorum, D. Schufferum Jurisconsultum, Amsdorphium Theologum. Ibi ab Eckio ad pugnam provocatur, & priùs insistente an vellet Lutherus quæ scripserat defendere, an ejerare? Quo flagitante tantillum temporis ad deliberandum, quid citra verbi Dei injuriam, & salutem animæ suæ posset respondere; iterum in angustias redigitur, ut disertis non intricatis verbis sententiam animi sui promeret. Tandem animi sui sensum aperiens liberis, sed dignis anathemate verbis illis respondit. (Donec manifestis scripturis non convincor, quia nec soli Pontifici, nec consiliis satis credo, cum constet ea errasse sæpius, & sibi ipsis contradixisse, non ante statim nec possum quasi conscius alicujus erroris Palinodiam canere Gott helff mir / Amen. Deus me adjuvet.) Sed replicante Eckio, hoc esse Constantiensi Synodo, & reliquis Conciliorum decretis fidem abrogare, in suo sensu pertinax biblica testimonia exposcens, confusus remansit Lutherus, protracta disputatione, usque ad vesperam; & dimissis proceribus solutus est Conventus. Die autem sequenti contra Lutherum Imperiale edictum evulgatum est, quæ fuit 19. Aprilis ejusdem anni.

Sic detectus est Lutherus hæres præcedentium hæreticorum, præsertim Basilisci Imperatoris, Petri Canaphei, qui ex Evag. lib. 3. cap. 4. & 5. Conciliorum decreta oppugnarunt.

DISPUTATIO Tigurina.

ANno 1523. Tigurina disputatio indicta est, contra Zvvinglianorum doctrinam, ad quam Constantiensis præsul, Doctorem Joannem Fabrum destinavit, qui comperto Consule, & potioribus Magistratibus Zvvingliano dogmati adhærere, firmas & graves rationes attulit, neutiquam decere, tunc coram arbitris partialibus in causa, iisque laicis disceptare. Paratum nihilominus, se ad disceptandum accessisse monstravit, & Zvvinglianorum

rum

rum dogmata efficacissimis argumentis confutare.

Sic prudentissimè leges disputandi supra positas observavit, illius etiam memor Prov. 26. Ne respondeas stulto, juxta stultitiam suam. Et illius Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus, &c. adversarios silentio confutans, & ex eorum inordinata differendi ratione revincens, cum ordine quodam disputandum sit ex Tertull. lib. de resurrect. carnis. Hæretici verò, ex eodem, ex conscientia infirmitatis nunquam ordinariè, seu ordinatè tractant.

CONVENTUS LUcernensis.

ANno 1524. Conventus Lucernæ ab Helvetiis habitus est de retinenda vera, & avita Catholicorum religione, Zvvinglio conante, illos pervertere, ut paulo ante Tigurinos in suam nassam pertraxerat. Ex hoc Conventu ad Tigurinos scriptum est de Religione Catholica amplectenda, quibus die 21. Martii rescripserunt. Se nolle placitis hominum, sed solis Christi præceptis acquiescere, qui nec ciborum, inquiebant, usum quovis tempore prohibuit, nec alicui Matrimonium interdixerat, Ecclesias in pauperum usus erectas, & earundem ornamenta non ad Dei cultum pertinere, sed in pauperes eroganda. Confessionem, quam vocabant auricularem, negligendam. Satisfactionem esse erroribus plenam. Ordinem monasticum hominum esse inventum. Hæc illi.

Sed non solùm, ut ait Tertull. lib. 1. contra Marcion. reperitur (poetica & pictoria licentia, sed & tertia jam hæretica,) quæ nec Divinis, nec Ecclesiæ legibus, vult esse subjecta.

*

CONVENTUS RAtisbonensis.

ANno eodem Ratisbonæ Conventum habuere legatus Germaniæ, Cardinalis Compegius, Ferdinandus Austriacus, Episcopus Salisburg. Duces Bavariæ Wilhelmus & Ludovicus, & nonnulli Episcoporum legati ibidem fœdus iniere, quomodo hæresi Lutheranæ possent fortius obviam ire. Unde pro tuenda catholica Religione, multa decreta sunt, & pro Lutheri dogmatibus profligandis, & extirpandis, multa sancita. Cumque passim Lutheranorum rabido ore, Clericorum vita, ob multorum scandalum, discerperetur, eorundem ora obstructa cupientes, ad Clericorum mores reformandos, & abusus tollendos saluberrimis decretis, toto pectore incubuerunt.

Sed vetus hæreticorum Cantilena traducendis clerum, fidem Ecclesiæ non evacuabit, cum ex Tertull. de præscript. Fidem non ex personis, sed personas ex fide metiamur.

CONVENTUS HAlensis.

ANno 1525. Halæ Suevorum quatuordecim ministri Lutherani congregati, scripto quod syngramma nuncuparunt (cujus auctor existimatus est Brentius) Oecolampadii & Zvvinglii dogma damnarunt. Sed illis Oecolampadius Antisyngrammate respondit. Bucerus eosdem ad concordiam hortatus est, cupiens rem compositam, ne ex dissensione dogmatistarum infirma redderetur eorum doctrina. Brentius mediatorem etiam

egit, pro reconciliatione, ſed fruſtrà, nam irritatis hinc inde animis propriis linguis flagellati in diſcordia permanſerunt.

Perbellè Vigilius Martyr. lib. 2. cont. Euthy. (Inconſona perfidorum ſententia in unum rectæ fidei modulum concinunt, trophæumq; noſtræ victoriæ eorum caſſa certamina gignunt.)

SENATUS FRANCOfordienſis.

ANno eodem Lutherani Senatum Francfordienſem aggrediuntur, illoque exauctorato, viginti quatuor è ſuis in ſenatores præficiunt, conſcriptisque 47. articulis antiquo Magiſtratui & Clero, ſub pœnarum Comminatione credendos proponunt. Sed fruſtra hoc tentantibus, ad decreta iſta formanda, ſe converterunt, videlicet. Ut in Senatus arbitrio ſit Paſtores, & Miniſtros præficere plebi. Ut Evangelium purum ſine gloſſis legeretur, ut nullus Monachus prædicaret, aut Confeſſiones exciperet. Ne in cœnobiis amplius monachus aut Monialis reciperentur. Quod donationes teſtamentariæ in publicũ ærarium reponerentur. Quod omnes ſodalitates & mortuorum exequiæ ablegarentur.

Sed rectè de illis S. Aug. in Ioan. tract. 11. (Talia facere volunt Catholicos affligendo, & ſaltem talia pati nolunt. Nam videte qualia faciunt, & qualia patiuntur: occidunt animas per prava dogmata, affliguntur in corpore, ſempiternas mortes faciunt, & temporales ſe perpeti conqueruntur.)

***

COMITIA Spirenſia.

ANno 1526. Habita ſunt Comitia Spirenſia Ferdinando Archiduce Auſtriæ, loco Imperatoris præſidente. Adfuerunt etiam Jo. Fridericus Dux Saxoniæ, & alii nonnulli à Lutheri partibus, qui ſpeciale templũ (Gainam Ducem Romanę militiæ Arianum imitantes tempore Arcadii Imperatoris) ſibi concedi flagitârunt, ubi commodiùs ſuo more ritibus & concionibus intereſſent. At renuente Spirenſi antiſtite (Spiritum S. Chryſoſtomi imitante, qui intra Conſtantinopolim Gainæ per Arcadium templũ petenti reſtitit) ipſi nihilominus ſuis Eccleſiaſtis in atriis ſuorum hoſpitiorũ, quotidie verba facere ad populum conceſſêre; ipſique miniſtri Luthericolæ, ut ſe purum verbum habere monſtrarent, quinque literas acu depictas in brachio dextero geſtabant. V.D.M.I.Æ. videlicet, Verbum Domini manet in æternum.

Non eſſe hæreticis Baſilicas permittendas diſertè oſtenditur, ex S. Ambroſ. ep. 32. ad Valent. Imperat. & oratione in Auxentium de Baſilicis non tradendis, & epiſt. 33. ad Marcellinã. Simone Metaphraſte in vita S. Chryſoſt. Athanaſ. Apol. 2. & in epiſt. ad Solitarios. Sed ſi quos ſibi conſtruunt ſynagogas, meritò, ut dicit Tertull. lib. de præſcript. tales ſunt ſine Deo, orba fide, extorres quaſi ſibilatæ vagantur. Nec eſt, quod ſe jactent de verbo Dei. Nam hæreſis, ait Tertull. ibidem, non recipit quædã ſcripturas, & ſi quas recipit, adjectionibus, & detractionibus ad diſpoſitionem inſtituti ſui intervertit &c. Lege S. Gregor. in 20. Moral. in ea verba Iob. Qui rodebant in ſolitudine. Euſeb. 5. hiſt. c. 28.

***

DIS-

DISPUTATIO Badensis.

ANno eodem Badenæ in Helvetiis disputatio habita est inter Catholicos & hæreticos. Inter Catholicos erant primi nominis Theologi Joannes Faber, Ekius, & Thomas Murnerus. Eo advocatus est Zvvinglius, sed ille etiam datâ fide publica venire neglexit. Unde factum est, ut impetus disceptationis contra ibi præsentem Oecolampadium verteretur. Præsentibus Notariis efficacissimè demonstratum est ex scripturis, & Patribus, à Catholicis verum Christi corpus esse in Eucharistia, & salubriter missæ sacrificium pro defunctis offerri. B. Virginem, & Sanctos invocandos. Purgatorium esse. Pueros Christianorum etiam in peccato originali nasci, quod non Joannis, sed Christi baptismate remitteretur. Item etiam ab Helvetiis hæretici repulsam passi sunt Oecolampadio, & Zvvinglianis præsentibus. In Catholica enim Religione permanendum esse, nec ullum dogma novũ intra fines suos admittendum statuerunt.

Optimè quidem ex S. Greg. Nazian. oratione 49. quæ est ad Nectarium (Nam si hæreticis ut piè sentientibus ea quæ sentiunt docere, libereque promulgare permittitur: quis nõ videt Ecclesiæ doctrinam condemnari, perinde, ac veritate ab illorum partibus stante? Neq; enim rerum natura fert duas de eadem re contrarias doctrinas veras esse.)

DISPUTATIO Bernensis.

ANno 1527. Bernis habita fuit disputatio Catholicorum cum Zvvinglianis, ipsius Zvvinglii & Oecolampadii & aliquot apostatarum monachorum instinctu. Ibi decretum est, à ministris satanæ nihil recipiendum, quod expressè in bibliis non legeretur, aliaq; multa erronea, Ecclesiæ Catholicæ doctrinæ & consuetudini adversantia, quippe qui leges tales disputationi præscripserant, quæ ut Catholicis iniquæ, sic adversariis plausibiles erant. Cumque aliorum Catholicorum Helveticorum, octo, scilicet, Cantones, Lucernates, Uranienses, &c. de antiqua religione retinenda Bernenses admonerent; tantum abfuit, ut ista admonitio aliquid proficeret, ut in sua sententia immobiles permanẽtes, Missæ sacrificium abrogarent, Imagines delerent, deformatamq; reformationẽ instituerent, & diem cum anno sepultæ Religionis in columna describerent. Finita est hæc disputatio anno 1528. die 26. Januarii.

Sed disertè S. Aug. de vera relig. c. 38. dixit quod (hæretici sua phantasmata colunt, & quicquid animo errante cum superbia, & tumore cogitando imaginati fuerint, religionis nomine observant) & vero cultu ablegato, veritatem ipsi in idolum convertunt, quando eliminatis sacris imaginibus, Apostolicæ traditione receptis, non secus ac Ophitæ serpentem, secundini Museum, Simoniani Helenam &c. seipsos cum suis uxoribus in iconibus depictos venerandos exhibent. Lege Lind. Staphyl. Cudsem. &c.

VISITATIO Saxonica.

ANno 1528. Cum Dux Saxoniæ à Protestantibus effræni licentia multa contra Religionem fieri, etiam in suis ditionibus cerneret, visitationem instituit, quæ tam imperiosè, & sumptuosè facta est, ut nullæ retrò Epi-

scoporum synodi, tàm onerosæ iis fuisse viderentur. Eam visitationem Melanchthon scripsit latinè, in nonnullis non plane Luthericè, quia plus ibi pœnitentiæ, & doctrinæ legis, & timoris Dei tribuere visus est; quàm Lutheri placita paterentur. Ibidem fassus est liberum arbitrium, quod in locis communibus cum Luthero negârat; & nihilominus Lutherus, tàm secum pugnanti doctrinæ in editione germanica ejusdem visitationis subscripsit.

Inconstantia hæreticorum fidem nostram confirmat, dum ad instar Chamæleontum mutantur, qui florum colore vestiuntur, ut dicit Theod. ep. 140. ad Asparem Consulem. Et dum nostra profitentur dogmata, Veritas etiam ab inimicis probatur ex Tertull. sive Novat. de Trinitate.

SENATUS BASILEENSIS.

ANno 1529. Octavo Febr. multi Cives Basileenses in Cœnobio Franciscanorum convenerunt, postulantes exauctorari Senatores eos, qui Catholicæ Religioni erant addicti. Responsum est placere eos non admittendos in causis Religionis; in cæteris vero gradum, & ordinem servare debere. Verùm plebe irritatâ, & in seditionem armata, aliqui è Magistratibus in omnibus plebi assentiunt, sic duodecim Senatores è gradu dejiciuntur; antiqua religio abrogatur.

Sed vi Religio oppugnari potest, expugnari non potest, quæ quando à Novatoribus immutata est, etiam Politia pessumdata est.

Lege Syricium Papam ep. 9. ad Zenonem Augustum.

***

COMITIA SPIRENSIA.

ANno eodem, initio mens. Januar. Spiræ Comitia celebrata sunt, ubi cum Principibus & Ordinibus Imperii adfuit Saxoniæ Dux, cum suo Melanchthone. Repetita sunt superioris Spirensis Conventus decreta, quibus cavebatur, ne nova dogmata defenderentur, juxta decretum Cæsaris indictum Wormatiæ: qui vero seditionis metu id facere nequissent; nihil innovarent, donec Concilium celebraretur, & caverent ne aliam doctrinam reciperent, præter Catholicam. Ministris vero præceptum est, ut scripturam secundum interpretationes PP. & secundum sensum Ecclesiæ prædicarent, omissis articulis, qui in utramque partem controvertebantur, & patienter generale concilium expectarent. Cui decreto se opposuere Dux Saxoniæ, cum suis confœderatis, volentes in sua nupera secta perseverare, donec Nationale concilium celebraretur; unde subscribere noluerunt Protestantes se non posse his assentire, ad Cæsarem etiam appellantes. Inde primum ortum est Protestantium nomen, quod etiam quædam liberæ civitates in totius Germaniæ detrimentum amplexæ sunt.

Sed hac eorum pervicacia satis superque rebelles Cæsari, Ecclesiæ, & Deo demonstravit. Nec degeneres præcedentium hæreticorum monstrantur, dum à Conciliis ad Imperatores provocant. Sicut quondam fecere Donatistæ apud S. Aug. epist. 48. appellantes ad Constantinum Imperatorem, de quo dicit idem Sanctus, quod non est ausus Christianus Imperator de judicio Episcoporum, qui Romæ sederant, ipse judicare. Et Cri-

spinum

ſtinum Donatiſtam ad Imperatorem appellaſſe docet idem Aug. lib. 3. contra Greſcon. cap. 46. Origeniſtæ damnati à Theophil. & reliquis Epiſcop. Ad Arcadium Imperatorem appellationem transmittunt. Socr. lib. 6. c. 7. Petrus Fullo Synodalem ſententiam ad Imperatorem detulit, ex Concil. Epheſ. tom. 2. opp. 1. cap. 4.

CONVENTUS MARPURGENSIS.

ANno 1529. Indictus eſt Conventus Marpurgenſis à Principe Haſſiæ Philippo, ad componendam ſimultatem, & diſcordiam inter Lutherum & Zvvinglium, & Oecolampadium, ad quem pariter Helvetios invitavit. E Saxonia convenere Lutherus, Melanchthon, Jonas. Ex Helvetia Oecolampadius, & Zvvinglius. Argentinenſes Bucerum & Hedionem: Norinbergenſes Oſiandrum delegarunt. Diſputatum eſt ibi de primario articulo controverſo, nempe ſanctiſſima Euchariſtia; ſed nunquam convenire potuerunt, & vetus diſſenſio remanſit, ſed ne re infecta diſceſſiſſe viderentur, nonnullas Eccleſiæ poſitiones pari voto firmârunt, quæ non controvertebantur. Sacramentarii gloriabantur, trecenta argumenta à Zvvinglio propoſita fuiſſe, nec tamen ſoluta à Lutheranis. Philippus verò Melanchthon collectis veterum Patrum ſententiis, libellum edidit contra Sacramentarios. In hac diſputatione illam victoriam reportavit Luther. quod Bucerus à ſuo vexillo diſcedens ad Zvvingliana caſtra convolavit. Quamquam mortuo Zvvinglio ad Lutherum rediiſſe perhibeatur.

Sed perbellè Tertull. de præſcript. dicit. (Mentior ſi non etiam à Regulis ſuis variant inter ſe, dum unusquisq; proinde arbitrio ſuo modulatur, quæ accepit, quemadmodum ille, qui tradidit.)

CONVENTUS SUABACHENSIS.

ANno eodem Suabachi Conventus ab iisdem Cacangelicis Lutheranis, & Sacramentariis habitus eſt, circa eundem articulum; ſed magis eorum diſcordia aucta eſt, ita ut nihil concludentes Conventum diſſolverint.

Sed quomodo ſalutis cupidi (ut ſimili argumento ſcripſit S. Iuſtinus oratione ad Græcos) inter quos parum convenit, diſſidentes in ſuis opinionibus?

CONVENTUS SMALCALDICUS.

ANno eodem alter Conventus Proteſtantium eorundem Smalcaldiæ habitus eſt Philippo Haſſiæ Principe eodem procurante, ut inter ipſos fieret unio, & adverſus Catholicorum potentiam ſe communirent. Fruſtra res tentata eſt; nam utraque pars allegans pro ſe ſtare verbum Dei, ad concordiam ab eodem Philippo redigi non potuit.

Rectè S. Hilar. 7. de Trinit. dixit. (Hæretici omnes contra Eccleſiam veniunt, ſed dum hæretici omnes ſe invicem vincunt, nihil tamen ſibi vincunt. Victoria enim eorum Eccleſiæ triumphus ex omnibus eſt, dum in eo hæreſis contra alteram pugnat, quod in hæreſi altera Eccleſia fides damnat.)

COMITIA AUGUSTANA.

ANno 1530. Auguſtæ Vindelicorum Cæſare indicente, Comitia Gene-

Generalia celebrantur. Eo accesserunt Saxoniæ Dux, Marchio Brandeburgensis, Duces Lunæburgici, & Hassiæ Landgravius, qui Confessionem eorum in scriptis redactam postulans legendam. Cæsaris clementia admissa est, & septem hinc inde ad colloquendum delecti. Pro fide Catholica duo erant Proceres Christophorus Episcopus Augustæ, & Dux Bransuich. Jurisperiti duo, Theologi tres, Ekius, Cochlæus, & Conradus Wimpingensis. Ex parte Lutherica alii Principes numero duo, Joannes Fridericus Filius Electoris Ducis Saxoniæ, & Georgius Marchio Brandeburg; Jurisconsulti Georgius Bruk, & Heller. Theologastri vero Philippus Melanchthon, Joannes Brentius, & Erardus Sneppius. In prima collatione disputatum est, & aliquorum articulorum facta est utrinque conciliatio: similiter, & in secunda aliqui etiam articuli concordati, ut non nisi sex alii concordandi superessent. In tertia collatione disputatum est de 12. articulo Confessionis ejusdem Augustanæ, negante satisfactionem esse partem pœnitentiæ, de quo nulla potuit fieri concordia, ex pertinacia hæreticorum, ibique Cochlæo disputante ad hominem, ex libro Septicipiti cap. 31. Lutheri, satisfactionem debere admitti, Sneppius, & Brentius, scripta Lutheri defendere noluerunt, quin & Melanchthon ibidem concessit tres debere esse partes Pœnitentiæ; licet alio sensu quam profitentur Catholici. Similiter contendentes de articulo illo Lutheri, quod sola fides homines justificat, triumphando obtinuerunt Catholici, ut cum illa dictio, (sola) in scripturis non esset, è Confessione abraderetur.

Cæterum perseverantibus Protestantibus in suis articulis videlicet bonis operibus nihil hominem mereri posse: Sanctos non invocandos, cum reliquis, qui nunquam ad concordiam componi potuerunt. Cupienteque Cæsare, ut receptissima Ecclesiæ alia saltem dogmata reciperentur, Dux Saxoniæ omnium nomine respondit, omnia se, suosque qua possent salva Conscientia præstituros, & si Ecclesiæ dogmata, erroresque contrarii scripturis probari, vel improbari possent, paratos ad explicatiorem Confessionem edendam. Recusantibus tamen Protestantibus disputationem protrahere dixerunt se paratos ad pacem & concordiam, donec Concilium indiceretur, exoptantes, ut novi modi indagarentur, pro hujusmodi concordia perficienda, quę multis modis tentata est, sed frustra. Septimo autem die elapso Imperator Protestantes iterum evocans ad concordiam adhortatus est. Sed illi se excusare cœperunt, dicentes, Romanæ Ecclesiæ salva conscientia, rursus addici non posse. Nunquam eos ab Ecclesia discessisse, Nullas sectas instaurasse. Concilium expectare, ut alias tractatum erat in Comitiis Spirensibus.

Præclare S. Athanasius locutus est oratione 1. contra Arianos dicens (illud quoq; prorsus admirabile, omnes quotquot sunt hæreses in fingendo diversa, pugnantia adferre: nec alibi nisi in falsitate sibi invicem consentire, & copulari: neque id mirum cum unum habeant auctorem, qui ipsis ubilibet mendacia disseminat.) Hoc visum est in dissensione Confessionis Augustanæ, contra Catholicam tamen fidem, injuste conspirando: frustra hæreticorum more, ejus decreta damnati ad Concilium provocantes.

Post Confessionem vero Lutheranorum

rum exhibita est Confessio Zvvingliana quatuor Civitatum Argentorati, Constantiæ, Memmingæ, & Lindaviæ, quæ à Cæsare Theologis examinanda commissa est, & ab eodem ad sentiendum cum Catholicis exhortati, in suo errore perstitere, nec Catholicis, nec Lutheranis subscribere per omnia volentes. Hanc Confessionem quatuor Civitatum vigesies immutatam testatur se vidisse Hosius.

Sed suis disputationibus, inquisitionibus, ut scripsit S. Gregorius lib. 8. Moral. cap. 2. (Non conantur veritatem assequi, sed victores videri, cumq; foris ostendi appetunt, quærunt contentionum certamina, & de Deo, qui pax nostra est, loqui pacifice nesciunt, quibus bene per Paulum dicitur 1. Cor. 11. Nos talem consuetudinem non habemus, neq; Ecclesia Dei, traditione omnes de fide quæstiones dissolvens.)

CONVENTUS ALTER Smalcaldicus.

ANno 1531. Alter Conventus Smalcaldicus celebratur à Protestantibus, ut armis non rationibus suam caussam agerent. Fœdus contra legitimum Magistratum ineunt. Suo calculo tale factum Lutherus approbat, varia scommata in Comitia Augustana, & Principes effutiens.

Sed si quæ ovium sunt agunt (ut in simili dixit Hil ad Constantium Augustum contra Arianos) credantur & oves esse, si autem rapacia luporum oves peragunt, lupi esse per opus suum intelliguntur, Talia sunt lacerare, mordere, proscindere, &c.

CONVENTUS FRANCfurdiensis.

ANno 1531. Similiter alter Conventus habitus est Francfordiæ à Protestantibus Principibus, acturis de ulteriori sui fœderis defensione, legitimis Magistratibus, etiam denuntiantibus se velle pro suo Evangelio arma sumere. Cumque ibidem tentatum esset, Sacramentarios Helvetios in Smalcaldicum fœdus admittere, reclamatum est à Duce Saxoniæ non esse cum inimicis Lutheri consortium habendum. Alter etiam Conventus ibidem habitus est, eodem anno ad componenda dissidia inter Zvvinglianos & Lutheranos, & firmandum Smalcaldicum fœdus.

Sed dum in verbis pugna est, dum de novitatibus quæstio est, dum in consensu difficultas est, dum alter alteri anathema cœpit esse, nullus eorum Christi est, ut in simili dicebat S. Hil. ad Constantium Augustum.

COMITIA SPIRENSIA, ET Conventus Suinfurti.

ANno 1532. Indicta sunt à Cæsare alia comitia Spirensia, ut de concordia Religionis pariter ageretur. Eo invitatus Saxonus, & præter salvum conductum suorum concionatorum, præsertim Lutheri indemnitatem in Comitiis docendo, & prædicando, postulavit sibi suisque in Comitiis, nec ciborum delectum, aut aliquod hujusmodi debere præscribi. Quæ omnia meritò illis denegata fuerant. Interim dum Spiræ Comitia celebrarentur, Suinfurti Protestantes Principes Conventum habuere, in quo cum prius de religionis concordia, mox de expeditione bellica contra Turcas tractatum esset, re infectâ discesserunt, illis donec celebraretur Concilium à Cæsare conscientiæ libertate permissa. Coactus fuit piissimus Princeps ob calamitatem belli Turcici, toti Europæ immi-

imminentem dissimulare multa, non facturus si talibus angustiis pressus non fuisset. Sciebat enim Catholicus Princeps talem licentiam non esse permittendam.

Hoc modo ut in simili ad Constantium dixit Hil. (Quæstiones poscunt, judiciorum subsellia desiderant, auctoritatem regiam implorant) libertatemq; fidei extorquentes à Pientissimo Principe Germaniam captivarunt, nihil aliud intendentes, ut etiam de Arianis dixit Hil. contra Constantium. (Quàm ut terrarum orbem pro quo Christus passus est, diabolo condonarent.)

FOEDUS SMALcaldicum.

ANno 1533. Fœdus Smalcaldicum sancitũ est inter Protestantes Principes, quid respondendum legato Pontificis, qui de habenda synodo Tridentina advenerat: & consultatione præmissa, sic illorum nomine in scriptis die ultima Julii responsum est. Ut Concilium intra Germaniam, ubi orta erant dissidia celebraretur. Ut liberum esset, & neminem ad obediendum sibi obligaret. Nullum se decrevisse Concilium admittere, in quo leges Pontificiæ, & scholarum opiniones allegarentur (sic enim sacrosancta decreta, & communem sensum Ecclesiæ irrident) & Pontifex ipse judicis Partes sustineret. Apertè per hoc declarantes nullum judicem recepturos, nisi solùm sacram scripturam ut hac via nunquam dissidia componi possent, relicta unicuiq; libertate scripturam pro suo libitu interpretandi.

Verè pepegerunt fœdus cum morte, & pactum cum inferno; siquidẽ, ut perbellè S. Hil. contra Constantium, ubi impietatis occasio patet, novitas admittitur: ubi autem religionis maxima & sola cautela est, (per conciliorum celebrationem) excluditur per iniquas, videlicet conditiones, ad solam scripturam provocando, ut dicebat Tertull. ut hac via firmos fatigent, infirmos capiant, medios cum scrupulo dimittant. Lege illum in lib. de præscript.

SYNODUS CONSTANtiensis.

ANno 1534. Constantiæ à Bucero coacta est pseudosynodus, ut de concordia in materia Eucharistiæ inter Zvvinglianos & Lutheranos ageretur. Eo advocati sunt Tigurini Pastores, sed illi non venerunt. Ibi scripto declararunt, quomodo Zvvingliana sententia cum Lutherana concordari posset, quod scriptum à Basileensibus Schaffhusianis Sangallensibus, & quibusdam Suevicis ministris approbatũ est. Sed à Bernensibus in multis reprehensum est. Demum unaquæq; harum partium suam sententiam pertinaciter defendente, Bucerianæ præstigiæ non sunt receptæ.

Sed in contentionibus his atq; dissidiis ex ambitione procedentibus, interitus & ruina merito præsignatur, dicente Osea. cap. 10. (Divisum est cor eorum, nunc interibunt.)

CONVENTUS FRANCfordiensis.

ANno 1535. Ejerata Catholica Religione ab Henrico VIII. Anglorũ Rege, ad Protestantes legati mittuntur, sibi devinctissimos Rex esse significat; quod Christi doctrinam promoverint, ut & ipse vicissim faciebat, ob cujus promotionem gloriabatur, Sedis Apostolicæ præsulem è suo regno expulisse, eisdemque se suaque offerens

pro

pro propagatione sectæ &c. Cui Protestantes gratias agentes, se suaq; similiter obtulerunt: & octavo Kal. Maij Francfordiæ indicunt Conventum. Ibi legati in Angliam mittendi decernuntur, & nomine quidem municipii designatus est Jacobus Sturmius, cui tres Theologastri consignati sunt, Philippus Melanchthon, Martinus Bucerus, & Georgius Draco.

Sed ut dicitur 24. quæst. 3. Quamvis haretici multis erroribus sunt divisi, tamen communi nomine adversus DEI Ecclesiam conspirant, unde vulpibus Sampsonis ab Hil. 7. de Trinit. assimilantur.

SYNODUS Tigurina.

ANno 1535. Synodus congregata est à Zvvinglianis in civitate Tigurina, ibi decretum est, ut adversus Lutherum Apologia scriberetur, quod scripsisset Oecolampadium à diabolo præfocatum expirasse. Interim Lutherus Argentinensibus ministris scribens, pacem cum Zvvinglianismo simulat, significans eis se non esse alieno animo à concordia cum Zvvinglianis ineunda, hortans ut synodum indicant, in quâ de illa tractetur.

Mira malitia ipsorum, quod in tantis dissidiis, dum agitur de sepe Ecclesia scindenda, imò & ipso Christo Domino condemnãdo, sicut Herodes & Pilatus amici fiant.

CONVENTUS Aroviensis.

ANno eodem Aroviæ convenerunt ministri Zvvingliani pro concordia cum Luthero stabilienda. Sed nihil cõclusum est, unde & suis interdictum est, ne Isenacum adirent, ubi synodus Lutherana celebranda erat, quæ postea Wittembergæ celebrata est.

Sed non mirum, quod non sit stabilita concordia. Cum enim ex Iren. lib. 1. c. 18. discrepent ad invicem, & doctrina & traditione, & qui recentiores eorum agnoscuntur, affectant per singulos dies novi aliquid adinvenire & fructificare, quod nusquam quisquam excogitavit.

SYNODUS WITTEMbergensis.

ANno 1538. Wittembergæ convenerunt Lutherici & Zvvingliani concionatores, Luthero præsente, ut de concordia Augustanæ Confessionis cum Zvvinglianorum doctrina tractaretur. Sed cum nihil concludi posset, ne ludibrio Catholicis essent, finxerunt inter eos initam esse concordiam, & solumodò in verbis esse discordiam, nec referre si quis has, vel illas partes sequeretur. Sub eo temporis articulo Zvvinglianis reclamantibus, Bucerus ad Castra Lutheri se contulit.

Verè ut dicit S. Athan. de decretis Nicæni synodi (homines tales quales Divus Iacobus duplices corde & instabiles in omnibus viis suis appellat, nunquam unam, eandemque sententiam, sed aliàs aliam foventes, dictaque sua, nunc laude nunc vituperio prosequuntur, ut quod jam probarint, è vestigio damnent.)

SYNODUS SMALcaldica.

ANno 1537. Altera Synodus Smalcaldica à Protestantib9 indicta est. In qua adfuerunt Lutherus, Melanchthon, Bucerus, Osiander, fingentes se

ad Concilium à Paulo III. promulgatum velle accedere, ut hac accessione Zvvinglianis essent terrori. Sed hæc deliberatio postea refriguit. Et revera quàm affecti essent, ut ad Concilium accederent, quod tam anxie visi sunt postulare, illud demonstrat: nam cum citati essent ab eodem Paulo III. Protestantes, ut ad Concilium generale accederent, ne dum in eodem Conventu Smalcaldico excusationem latina, & germanica lingua descriptam, cur ad Concilium nollent venire, ediderunt, sed etiam se velle sentire juxta capita Confessionis Augustanæ professi sunt. Multa etiam ibidem de cœna, & Ecclesiasticis ritibus tractata sunt, quæ in multis tamen dissentire à Confessione Augustana, & Apologia monstravit Cochlæus; Princeps interim hos ritus & formas cultus præscriptas servandas subditis mandat, & præsertim ministris, ut Augustanam & Philippi Apologiam sectarentur. Sed parere detrectant, & Lutherus de potestate seculari librum edidit cōtra Principes, qui de fidei rebus & religione componendis se immiscent.

Quamvis autem Concilia necessaria non sint, ubi aliquid definitum est decretis Apostolicæ sedis ut clare habetur ex epist. Flaviani ad S. Leonem, inter opera Leonis ante epist. 9. quæ incipit Pietate &c. Nihilominus, ut habetur ex epist. quinta Simplicii ad Acacium Episcopum Constantinopolit., non aliàs, inquit, (synodus indicta est, nisi cum in pravis sensibus novum, aut in assertione dogmatum emersit ambiguum, ut in commune tractantibus, si qua esset obscuritas sacerdotalis deliberationis illuminaret auctoritas) & suavius dogmata recipiuntur ab adversariis, quæ multorum consilio prius discussa sunt: Nihilominus semper isti lucifugæ in Theatrum orbis venire recusarunt, ne à lumine arguerentur, & suis catibus contenti latibulis diverticula quærentes, suas inconstantes Confessiones cudentes, & recudentes.

SYNODUS Bernensis.

ANno 1537. Ultima die Maij Bernensis alia synodus habita est, ad dirimendam discordiam Zvvinglianorum adinvicem, aliter namque Lascus, aliter Westphalus, aliter Oecolampadius verba cœnæ interpretabantur, sed sic immissus est in illos spiritus vertiginis, ut ne dum verbis, sed & scripto invicem se damnarent, atque proscinderent, sic magis accensis animis aucta est discordia, quàm quod synodo vel colloquio sopiri potuerit.

Sic confusi sunt operarii turris Babelis, ut non audiret unusquisque vocem proximi sui ex Genes. c. 11.

SYNODUS Nicelspurgensis.

ANno similiter 1537. Nicelspurgi oppido Moraviæ ab Anabaptistis synodus celebratur. Ibi hæc diabolica commenta decreta sunt. Christum Dominum non esse verum Deum, sed prophetam tantum, Evangelium solum domi privatè legendum. Nullum debere esse Magistratū. Omnia communia habenda. Baptismum solum adultis dandum, puerulos baptizatos, rebaptizandos. Diem judicii post biennium futurum. Sanctos invocandos non esse.

Sed hi supra repressi sunt verbo Anabaptistæ.

CON-

CONVENTUS ALTER Smalcaldicus.

ANno similiter 1537. Alter Conventus Smalcaldicus celebratur, præsentibus supradictis pseudohierarchis, qui convenerunt in superiori Smalcaldica synodo. Loco componendorum dissidiorum Religionis, quæ nunquam Cadmæi isti fratres concordare potuerunt, ad arma conclamatum est, & ut ima summis miscuerunt in Ecclesiastica Hierarchia, sic terrenum quoque Principatum turbantes, Cæsaris jugum excusserunt, curantes etiam ne in impios gladius amplius evaginaretur.

Præclare S. Athanas. in illud. Omnia tradita sunt mihi à Patre meo. Ponens veræ religionis signum, dixit, (hac est etiam vera doctrina, argumentumque, quod ita isti inter se consentiunt, neque dissident, vel inter se, vel inter Patres) cum ergo tot sint inter hæreticos dissidia, falsæ religionis ipsorum, ipsa diversitas est irrefragabile argumentum, sicut & apostasia, ab Ecclesia & à Principibus excutientes, suave jugum dicentes. Non serviam.

SYNODUS Tigurina.

ANno 1538. Mense Aprili celebrata est piorum synodus Tiguri, adfuerunt Patres hæresum, Buccrus, Capito, & Zvvinglius. Disputatum est ibi triduo de responso ad Lutherum dando pro ineunda concordia. Sed dum Buccrus suo arbitratu responsionem fingere cupiebat, non permiserunt Tigurini. Tandem eam sententiam protulit verbis perplexis, quâ nec Zvvinglianus, nec Lutheranus deprehensus est, ut odium Zvvinglianorum effugeret, & Luthero gratificaretur: sed ut vir duabus sellis insidens, Buccrus exsufflatur, remanente jurgio inter Zvvinglianos & Lutheranos.

Miraculum certè magnum: quod verteretur gladius uniuscujusque ad proximum suum. 1. Reg. 14.

FOEDUS SMALCALDICUM Isenaci.

ANno eodem. Legati Principum fœderis Smalcaldici 24. Julii Isenacum venerunt, & in Cæsarem, Cæsaream que Cameram conspirant, ejusdem decreta contendendo: liberè pronuntiantes potius Turcicam captivitatem pati velle, Christianamq; religionem extingui, quam vel unum jota de Lutheri doctrina immutari.

Talis est hæretici natura, ut scripsit Tertull. contra Hermogenem initio, quod sit turbulentus, qui loquacitatem facundiam existimet, & impudentiam constantiam deputet.

SYNODUS FRANCfordiensis.

ANno 1539. Francfordiæ Synodus Protestantium habita est. Delecti utrinque, qui de rebus controversis colloquerentur. Multum disputatum est; & quamvis confusi Protestantes abscederent, falsa contra Catholicos pæana canebant, quod si Catholici iterum redarguere volebant, illico minis & Smalcaldico fœdere territabant. Scribitur Elector Saxoniæ dixisse in hac synodo, se Ferdinandum pro Rege Romanorum non agnoscere, malleq; de Divi Pauli epistolis, quam de Confessionis Augustanæ veritate dubitare.

Rectè Ierem. cap. 10. de talibus disceptationibus dixit (stultus factus est omnis homo à scientia, id est, ex Ambros. in 1. Hexam. cap. 13. Infatuatus est versuta disputationis astutia.)

CONGREGATIO Arnstadii.

ANno eodem Arnstadii collecti Protestantes, inter se communicatis consiliis de fœdere confirmando, de bonis Ecclesiasticis expilandis, etiam tractarunt de legatione ad Cæsarem; & Reges Angliæ, & Franciæ mittenda. Verùm cum alii Protestantes abessent ad Kalendas Martias aliam Smalcaldicam synodum indicunt.

Sed tam istis animus ardet tutandis partibus suis, quam antiquis ardebat hæreticis. Sic Macharius Monothelita Antiochenus in 6. Synod. act. 8. loqui ausus est. (Non dico duas actuales voluntates, aut duas operationes in Incarnationis disputatione Domini nostri Iesu Christi; nec si membratim incidar, & mittar in mare.)

PARLAMENTUM Anglicanum.

ANno eodem. Habitum est Parlamentum Anglicanum ab Henrico VIII. indictum, & celebratum vocatis omnibus Principibus & Ordinibus & Episcopis ad Lutheranam doctrinam compescendam, ingens enim dissensio in suo Regno orta erat, propter Lutheranos in Angliam indies advenientes. Decretum est ibi corpus Christi, & sanguinem in Eucharistia contineri, & peracta consecratione substantiam panis, & vini nō amplius manere. Utriusque speciei sumptionem Laicis non esse de necessitate salutis. Sacerdotes conjugium suscipere non posse. Missam retinendam, Confessionem Sacramentalem satis esse utilem, & necessariam. Et cōtrarium prædicantes igni tradendos esse sancitum est.

Sed hoc non illis satis est ad salutem, nisi S. Petri Principatum agnoscant, præclarè namque Arnobius in Psal. 132. qui à B. Petro, aut ab Apostolis, vel à posteris eorum benedictionem non accepit, & sic plebeculas docuit, quas decepit, quia benedictionem usurpavit, maledictionem incurrit, per quam priusquam evellatur, id est, priusquam moriatur, arescet.

COMITIA Haganoæ.

ANno 1540. Haganoæ à Ferdinando Cæsaris nomine (cum Spiræ pestis grassaretur) comitia habita sunt, ubi amicè, & benevolè de componendis discordiis Religionis tractatum est, & Wormatia delecta, ubi inter selectos utriusq; partis viros Colloquium haberetur, quod & tunc inter Melanchthonem, & Ekium cæptum est; nec tamen Wormatia vidit exitum dissidii, Ratisbonam enim cum Comitiis translatum est. Interim nec ori, & linguæ pepercerunt Protestantes: in Cæsarem, & Pontificem maledicentiæ frena laxarunt; & quamvis inter se conciliationem simularent, simultates tamen extinguere non potuerunt.

Sed in dissidentibus sectis vera religio reperiri nequit, dicente S. Iustino oratione ad Gentes. (Qui verò tutum fuerit, viri Græci, eos qui se salvos esse cupiunt existimare non ab illis se Religionem veram addiscere posse, qui persuadere sibi nequeunt, ne inter se dissideant, neve alius sententia sua ab alio diversus appareat.)

COMI-

COMITIA
Ratisbonensia.

ANno 1541. Mense Aprili in Comitiis Ratisbonensibus colloquium constitutũ est inter Catholicos & Protestantes; videlicet inter Pflugium, & Ekium, Gropperum Catholicos, & Melanchthonem, Bucerum, & Pistorium hæreticos. Præpositus est liber Cæsari primo oblatus, ut vicissim, quæ placerent, probarent, quæ displicerent improbarent. Post mensem multis articulis conciliatis, multis vero castigatis, Cæsari libellus exhibitus est. Cæsar Contareno Cardinali Legato tradidit, & totius Imperii proceribus, ut unusquisque suum referret votum. Sed nec à Catholicis nec hæreticis liber probatus est. Protestantes interim intricatas articulorum interpretationes ediderunt; quos cum Principes, & Ordines Protestantium cum libro recipere nollent, sed in Confessione Augustana se persistere, Catholica fide ejeratâ, testarentur, oleo, & operâ perdita, is fuit Conventus finis, ut in Cæsarem, & Legatum maledicas linguas acuerent.

Sed contra quemlibet Confessionistam, & hæreticum clamat Beda 6. Comment in Luc. cap. 29. (Nequaquam se Christum agnovisse arbitretur, si ejus corporis particeps non est, id est Ecclesia, cujus unitatem in Sacramento panis commendat Apostolus dicens, unus panis, & unum corpus multi sumus, ut cum eis benedictum panem porrigeret, aperirentur oculi eorum, & agnoscerent eum.)

CONVENTUS SPIRENSIS
& Norimbergensis.

ANno 1542. bini Conventus habiti sunt Spirensis & Norimbergensis pro expeditione bellica contra Turcas; ibi conquestus est Ferdinandus quosdam Imperii ordines novissimo decreto non paruisse Spiris proposito, nec pecuniam, aut suppetias ministrasse Castrenses adversus Turcas (sic erant affecti Protestantes erga Patriam & Religionem) Eo tempore libellum scripsit Luther. de precib. contra Turcas, sive Concionem Castrensem, ibi in precatione contra Turcas Romanum Pontificem cum Diabolo, & Turca conjunxit.

Sed facta est ejus oratio in peccatum, & in seipsam reversa iniquitas collisa, Ecclesia vero Dei non dissipabitur. Est enim tunica inconsutilis, quæ à Militibus, ut dicit Basil. orat. in Mamantem Martyrem, ne scinderetur, conservata est: Christumq; induta, vestimentum illius ne scindat.

CONVENTUS
Norimbergensis.

ANno 1543. Norimbergæ cum de expeditione bellica Conventus haberetur pro Turcis profligandis, ibidem Protestantes Principes in perniciem Catholicorum sua consilia dirigebant. Ibi etiam Concilium generale jam indictum, cum à Ferdinando Protestantibus ad memoriam revocaretur, quo eorum importunitas sedaretur, & impia consilia solverentur, Concilio parere, vel illi interesse nolle protestati sunt.

Sed Concilia exposcentes, Concilia respuerunt, unde etiam, dixit S. Aug. 3. contra Iul. cap. 1. contra Pelagianam hæresim, cum fuisset diutius disputatum, etiam ad concilia Episcopalia novissima necessitate perventum est, & postulantibus generale Concilium illis responsum est ab Aug. Episcopalia sufficere: quam ergo excusationem adhibet

habere possunt Protestantes Concilio generali Tridentino interesse recusantes?

COMITIA Wormaticensia.

ANno 1545. Comitia Wormatiensia habita sunt. Ibi palam Protestantium legati testati sunt, se Concilium Tridentinum nuper denunciatum non habere pro legitimo, & justo, postulantes Concilium Nationale, vel Comitia, ubi dissidia Religionis tollerentur. Cæsar non præjudicare intendens Concilio, sed pro bono pacis assentit, Catholicis tamen ordinibus non assentientibus, & conclusum est, ut in proximo Conventu Ratisbonensi colloquium haberetur.

Sed totius Ecclesiæ sententia est generalis Concilii definitio, ex August. 2. contra Donat. c. 3 ut illi non acquiescere refractariorum sit, atq; rebellium.

CONVENTUS Francofordiensis.

ANno 1546. Protestantes Francofordiæ vel Francfurti tractarunt de Concilio Tridentino non parendo, fœdere prorogando, de non deferendo Archiepiscopo Coloniensi Hermanno, qui nuper Religionem Catholicam deseruerat, & Bucerianam reformationem ad Clerum, & Populum Coloniensem tam Catholicum seducendum, elaboratam fovebat.

Tacuit multitudo definiente S. Petro in Concil. Hierosol. act. 5. eidem Protestantes temere parere detrectant Ecclesiam audiri, cum præpositis obediendum Christus Matth. 18. & Apost. Heb. 13. apertè docuerint.

* * *

COLLOQUIUM Ratisbonense.

ANno eodem Ratisbonense Colloquium Cæsare indicente celebratum est. Præsules fuêre colloquii Eystensis Episcopus, & Comes Furstenbergicus. Collocutores pro Catholica Ecclesia Petrus Malvenda, Billichius Carmelita, Joannes Hoffmistenus Augustinianus, & Cochlæus. Pro parte Protestantium, Bucerus, Brentius, Georgius Major & Sneppius. Cœptum est colloquium 21. Januarii. Malvenda Bucerum arguens, quod non sola fide homo justificatur, in eas angustias illum redegit, ut dixerit eum, qui peccato mortali teneretur, fide quoque carere. Sed Bucero exsibilato, dilatandi, & protrahendi colloquii occasiones prætexebant adversarii, qui demum clam se à colloquio subducentes festini abierunt. Ibidem oblatus libellus est Cæsari de pace ineunda, quem Bucerus suis inspersserat fraudibus, quo examinato ab utriusque partis deputatis, neutra pars librum illum approbavit. Sed noviter quidam, nova ineunda concordiæ capita producebant. Alii intricatas glossas libello addebant: unde factum, ut libro, & concordandi nomine omissis, de retinenda Confessione Augustana ejusque Apologia, fuerit conclusum. Eo temporis articulo mœstus Lutheranis nuntius allatus est de eorum parente Luthero, qui repentina morte sublatus, ducens in bonis dies suos, in puncto ad inferna descendit.

Sed recte S. Athanas. epist. de Synodis Arimini, & Seleuciæ scripsit, quod (haeretici in singulis semper aliquid innovantes, nihil in sua hactenus, dum & scribunt, & delent, ali-

aliquid profecerunt: ignari interim omnem plantationem, quam non plantavit Pater cœlestis eradicandam esse.)

CONVENTUS Lipsicus.

ANno 1548. Conventus Lipsicus habitus est à quibusdam Electoralibus ministris Lutheri discipulis, quos (eo è vita jam sublato) de sui magistri scriptis innumeris contradictionibus & falsitatibus aspersis pudebat, præcipue Philippum Melanchthonem, qui Lutheri truncata opera in lucem ediderat. Ibi affirmatum est. Confirmationem, & extremam unctionem esse vera Sacramenta. Reclamantibus nonnullis aliis ministris dicentibus, vim fieri verbo Dei, unde & Illyricus contra hoc decretum scripsit, conquerens, quod septem Sacramenta Papistarum per Lutherum rejecta, *iterum* assumerentur.

Sed etiamsi recepissent septem Sacramenta & in aliis non recipiendis dogmatibus pertinaces essent, merito (quia sententia, haretici ab Ecclesia dispares sunt, & errores suos animosiùs defendunt) à sua communione excludit, ut dicit August. de vera Relig. cap. 5.

CONVENTUS Wittemb. & Lipsens.

ANno 1549. Wittembergenses, & Lipsenses Theologi Protestantium de voluntate Principis Mauritii conveniunt aliquot locis. Edunt religionis formulam in Mauritii ditione ab omnibus servandam, inde grandis postea contentio inter Luthericos orta est, & discordia, & divisi sunt Lutheristæ in molles & rigidos.

Proprium haresis scindi in partes. Lege S. Athanas. orat. 1. contra Arian. Basil. epist. 82. Socrat. Eccl. hist. lib. 5. cap. 10. dicentem: Non solum variarum sectarum varia fuit opinio, sed qui unam, eandemque sectam sequebantur ii inter ipsos dissenserunt.

DISPUTATIO Oxoniensis.

ANno eodem in Oxoniensi Academia disputatum est cum Monacho apostata Petro Martyre, qui in eas angustias redactus est, ut à suis Zvvinglianis, sibilis, & clamoribus à cathedra fuerit deturbatus. Præcipue disputatum est de Transubstantiatione. An probari posset ex scripturis, & veterum PP. consensu: & an sacrificium missæ, ne dum gratiarum actio, sed etiam oblatio sit. Cumque doctissimos Catholicos in disputatione palmam reportare, suosque succumbere cerneret: Roffensis Episcopus simulans nullo modo suos victos esse, talem suo cerebro dignam protulit determinationem, vi nostris silentio imposito. Firmamenta meæ causæ quinque sunt. Auctoritas scripturæ. Certissima Orthodoxorum Patrum testimonia. Ratio Sacramenti. Horror Eucharistiæ. Hæreses, quæ oriri possunt ex Transubstantiatione. Certa persuasio articuli fidei ascendit ad cœlos. Hæc ille.

Sed bene Henricus Abbas Claravallensis epist. ad universos Christi fideles scripsit, de hareticis, quod non habent certos aditus, semitas ambulant circulares, & in quodam fraudum suarum labyrintho monstra savissima reconduntur, tanquam damula de manu diffugiunt, & instar colubri tortuosi quo eos plus astrinxeris, facilius elabuntur.

CONVENTUS
Cellæ Mysiorum.

ANno eodem die 19. Novembris Protestantes Principes Conventum celebrarunt Cellæ Mysiorum, ut de Interim admittendo tractarent. Ibidem statutum est, ut flexis genibus Minister diceret Confiteor, sequeretur Introitus, cum Kyrie, Præfatione, & Sanctus latinè, germanicè vero proferrentur verba testamenti cum elevatione, & in Communione si multi adessent communicantes, etiam diceretur Agnus Dei.

Omnes ceremonias & omnia dogmata recipienda sunt Ecclesiæ Catholicæ. Unde bene annotavit Hieron. Apol. 3. contra Ruff. etiam propter unum verbum, aut duo quæ contraria sunt fidei, multas hæreses ab Ecclesia rejectas constat.

COMITIA
Augustana.

ANno 1550. Celebrata sunt Comitia Augustana die 26. Julii ad illa Princeps Mauritius legatos mittit, per quos significavit se non probaturum Concilium Tridentinum, ni Augustanæ Confessionis Theologi haberent pariter definiendi potestatem, & Pontifex in Concilio Præsidentis locum non obtineat; seque per omnia dogmatibus Lutheri assentiri. In his comitiis formula dicta, Interim, in aliis Comitiis anno 1548. decreta conscribitur, ubi præcipua Christianæ fidei, & Cæremoniarum dogmata posita sunt. Insuper facta concessio sumptionis sub utraque specie, & permissio retentionis uxorum, usque ad definitionem Concilii duraturæ, registratæ sunt. Verum sub hac formula, quæ mente pia à Cæsare fabricata est, & zelo, non secundum scientiam multæ hæreses, tanquam sub pallio delituerunt.

Inique poscuntur Concilii conditiones, cum ad pastores dogmatum definitio pertineat. Iniquæ leges, quæ à legibus Ecclesiæ discordant, cum Prælatos Ecclesiæ auscultandos Christus Dominus jusserit.

CONVENTUS
Passaviensis.

ANno 1552. Passaviensis Conventus habitus est, ubi aliquot erant Principes, & nonnulli absentium Legati, cum Galliæ Regis Legato pariter considentes. Adfuit & Mauritius advolans ad constitutam diem Passavium omnia urgens, nempe Landgravii liberationem, ut cognosceretur in illo Conventu, quid nam esset contra Germaniæ libertatem, & ut Religionis causa, nulli fiat molestia, donec lis omnis sit composita.

Sed hæc conscientiæ libertatis permissio hæresum fuit fomentum. Vide Pam. lib. de non admittend. diver. relig.

BERNENSIS
Synodus.

ANno 1554. Bernensis Synodus à Calvino celebratur, qui quoniam à Zvvinglianis de hæresi notatus erat, contra illos linguam & calamum acuit. Sed Zvvingliani quindecim Calvinianos articulos de prædestinatione descriptos, tanquam hæreticos publicè decantabant. Unde factum est, ut Senatus Bernensis Calvinianas institutiones, ubi ii articuli edocebantur, vendi, aut edi amplius prohibe-

liberet. In hoc Conventu Calesius Calvini assecla dixit. Filium Dei nec aliud, nec alium à Patre esse. Ibidem aliqui articuli Anabaptistarum rejecti sunt.

Pro Ecclesia pugnant, dum inter se ipsos pugnant. Vide Hil. 7. de Trinit.

DISPUTATIO Francfordiensis.

ANno 1556. Francfordiæ Calvinus publicè disputavit cum Justo Velsio Sacramentario de libero arbitrio, cumque ibidem cum ejusdem loci ministris de causa sacramentaria disputare vellet, tanquam Zvvinglianus rejectus est.

Bene Tertull. de præscript. de Hæreticis scripsit. (Ipsa doctrina eorum cum Apostolica comparata ex diversitate, & contrarietate sua pronuntiabit, neque Apostoli ulicujus auctoris esse, neque Apostolici &c.)

COLLOQUIUM Wormatiense.

ANno 1557. Wormatiense Colloquium habitum est pridie Kalend. Septembris inter Catholicos, & Patronos Augustanæ Confessionis. Primo postulatum est à Catholicis, cum Confessio Augustana toties mutata, & rejecta, multiplex esset, variosque sectarios inter se dissidentes, intra suum sinum concluderet, quænam ab illis acceptaretur. Cumque per dies 17. certatum esset inter Evangelicos, non potuit componi altercatio, scilicet cuinam Confessioni adhærere deberent; & ex duod. cim quinque exclusi sunt Symmistæ, & Collegæ, qui irati excommunicationum sententias in septem explosores, qui remanserant fulminarunt, nostrisque Theologis literas signatas tradidere dicentes. Omnes sectas, & auctores Confessioni Augustanæ immiscuisse, & sub illius prætextu eos illam noluisse defendere. A septem vero nunquam impetrari potuit, ut aperirent quam Confessionem sequerentur, aliasq; Confessiones ab Augustana discedentes damnarent specifice. Unde & colloquium terminari non potuit. Interim Amsdorphius & Nicolaus Gallus, septem illos relictos in colloquio Theologos, scripto lacerarunt. In hoc conventu Smidelinus Sago aulico indutus cum cultro venatorio adlatus peroraſſe dicitur.

Rectè Beda in cap. 5. Marci. Bene in Babylonis constructione linguarum unitas per spiritum superbiæ scissa, in Ierosolyma est per gratiam sancti Spiritus linguarum varietas coadunata. Et illa confusio, hæc visio pacis interpretatur, quia videlicet electos in pluribus linguis, & gentibus una fides, ac pietas toto orbe pacificandos confirmat: reprobos autem plures sectæ, quam lingua dissecando confundunt.

CONVENTUS Saxonicus.

ANno 1559. Conventus Saxonicus habitus est. Duces Vinarienses cum eorum ministellis publico scripto germanicè, & græcè, novem factiones à sua secta dissidentes exploserunt. Item & Comites Mansfeldenses undecim alias sectas, ut abominales hæreses execrantur, nempe Majoristas, Philippistas, Servetianos, Svvenckfeldianos, Antinomos, Osiandrinos, Anabaptistas, Sacramentarios: impiè addentes Jesuitas, & Papistas (sic enim Catholicos vocant.) ex hoc forte ortum est dissidium inter Tilmannum

Heshusium, & Guilelmum Clebitium de cœna Domini in Heidelbergensi Academia; & quærente Principe Palatino in funesta hac altercatione, quid Philippus sentiret, quo respondente, novumq; genus sacramentariæ factionis effingente, Nicolaus Gallus præco Ratisbonensis Lutheranꝰ scripto se illi opposuit, unde Clebitius triumphans suum libellum pariter evulgavit cum hoc titulo. Victoria Veritatis, & ruina Papatus Saxonici.

Hæc dissensio ministrorum falsitatem sectariorum ostendit (In Catholica vero Ecclesia (ex Athanasii oratione in illud dictum. Omnia mihi tradita sunt) sancti contra inter se consonant, nec dissident unquam: neq; enim controversias habent in iis, quæ proferunt, vel erudiunt, nam etsi temporibus distent, in id tamen omnes contendunt.)

DISPUTATIO Londinensis.

ANno eodem sub Elizabetha Angliæ Regina Londinensis disputatio est habita, hæreticis stimulantibus, Episcopis vero Catholicis reclamantibus, & non patientibus disputatione dogmata Ecclesiæ in dubium debere revocari. Sed prævalentibus Regina cum hæreticis indicta fuit disputatio eorum dogmatum ab ipsis controversorum, quæ plura scripturæ loca habere videbantur, videlicet. De communione sub utraque specie, de precibus vulgari idiomate recitandis &c. Designatus est Judex Batonus Laicus, literarum ignarus. Die 3. Aprilis disputatio inchoatur, clamoribus Catholici opprimebantur, iniquis conditionibus causa disputanda exigebatur. Et quoniam magis prævalebat potentia, & iniquitas adversariorum, nihil minus si à veritate victi, etiam mendacio conati sint dicere se triumphasse, victoriam nequaquam obtentam pro se publicando.

Quando modestiores Catholici non permittentes in disputationem venire dogmata semel ab Ecclesia definita, injuriam enim facit sacris synodis, quisquis semel judicata, ac semel rectè disposita revolvere publica disputatione contenderit. ex Marci Imp. L. Nemo c. de summa Trinit. & Fide Cath. Contra vero hæretici victores videri appetentes, cum victi ubiq; & semper ostendantur, exquirunt contentionum certamina. ex Gregor. lib. 8. Moral. c. 2.

CONVENTUS Cabilonensis.

ANno 1560. Cabilone habitus est Conventus, ubi hæretici Ecclesiasticam & Laicam Politiam evertere conati sunt, Papisticum dicentes esse in republica dignitatum gradus, ordines & discrimina, cum Deus, inquiebant, omnes, uno excepto Rege, pares esse voluerit. Hujus synodi ille fructus extitit, quod Matisconæ multæ ædes nobilium dirutæ sunt.

Benè illis quadrat illud Thren. 4. (Velociores fuerunt persecutores nostri Aquilis cæli: super montes persequuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis.)

CONVENTUS Luneburgensis.

ANno 1561. Protestantes Principes Luneburgi Conventum agũt: Albertum Standeburgium Zvvinglianum damnant hæreseos. In Transylvania alii Luthericam, alii sacramentariam factionem sequuntur. Bernenses prius Luthericolæ, postmodum

modum Calviniani fiunt frementibus Lutheranis, qui ex urbe fugere sunt compulsi: & plus apud non suos Calvinus valuit, quam proprius prophetes eorum Lutherus, acclamatus tertius Elias.

Benè contra istos S. Cyprianus lib. de unitate Ecclesiæ clamat. (Quomodo possunt duo vel tres in nomine Christi colligi, quos constat à Christo, & ab ejus Evangelio separari? Non enim nos ab illis, sed illi à nobis recesserunt, & cum hæreses, & schismata postmodum nata sint, dum conventicula sibi diversa constituunt, veritatis caput, atq; originem reliquerunt.)

CONVENTUS Numbergensis.

ANno eodẽ Numbergensis in Thuringiâ ab Augustanæ Confessionis professis Principibus Conventus est habitus. Ad quos Pius IV. Nuncium suum destinavit, ut ad sanam mentem illos evocaret, sed parum apud obstinatos legatio valuit. Tractatum est ibi de Zvvinglianorum damnatione, sed res frustra tentata est ob multos illi sectæ addictos. Interim Calvinus scribit contra Heshusium, & contra eundem similiter Beza scriptum evulgavit, & abstersionem aliarum calumniarum Heshusii in Calvinum. Boquinus vero examen libri Heshusii conscribit. Sturmius Buceri vulgavit scripta, Kemnitius repetitionem Lutheranæ doctrinæ composuit. Brentius librum edidit de unione personali duarum naturarum in Christo, in quo explicabat veram corporis Christi præsentiam in Eucharistia, cui, tabescentibus Zvvinglianis, Oecolampadius respondit, Zvvinglianismum defendens. Extat de hoc conventiculo epistola scripta ad D. Cardinalem Hosium relata à Rescio.

Sed ut dicit S. Athanas. de decre. Nican. Synod. (Est ibi, ut Patres tradiderunt, veræ disciplinæ, ac Magisterii argumentum, ubi eadem confitentur, nec à se invicem, nec à majoribus dissentiunt. Qui igitur hoc animo non sunt, mali potius, quam veri præceptores appellari debent.)

DISPUTATIO Possiaca.

ANno eodem habita est in Galliis disputatio præsente Rege, & Regina, inter Petrum Martyrem, Bezam, & undecim ministros (qui Principum quorundam hæreticorum comitatu Possiacum ad hunc effectum venerant) & doctissimos Catholicos, præsertim D. Cardinalem de Lotharingia, circa præsentiam Corporis & Sanguinis Jesu Christi in Eucharistia. Ibi pressus Beza cum Petro Martyre ausus est dicere, nihilominus longe Christum à cœna abesse, sicut cœlum à terra: & rursus se malle omnipotentiam negare, quam Christum esse præsentem in Eucharistia; nec fieri posse per divinam potentiam, ut idem Corpus possit esse in duobus locis. Professus est ibidem Beza se ex illis Patribus erudiendum committere, qui usque ad 600. annum floruerunt, unde allatis testimoniis quinquaginta Patrum cum illis sentire se simulans, fassus est, tandem Christi Corpus realiter esse in cœna: sed instantibus Catholicis, ut clarius loqueretur, hæretico more ad aliam quæstionem digressus est. In eodem conventu cum à Beza quæsitum esset qua auctoritate ad prædicandum missus sit; extraordinariam missionem, non aliis signis, quam morum inno-

centia suam causam tueri posse respondit. Sed quæ detegi non potuit hæresis, intentio in hac disputatione, & literaria pugna non multo post detecta est; tanto Galliarum malo cum ferro armata in aciem descendens, nec templis, nec Aris, nec Regiæ parcens omnia deturbavit.

Sed fixa sunt, (ait Horsmida Papa epist. ad Possessorem, à Patribus, quæ fideles sectari debent instituta, sive interpretatio, sive prædicatio, seu verbum pro populi ædificatione compositum. Vnum est fundamentum, extra quod qualibet fabrica, si consurgit, infirma est: super illud quisquis superædificat, seu vilia, seu preciosa consideret. Errat autem is, qui à via quam Patrum electio monstravit, exorbitat.) Nec ad certum tempus auctoritas eorum restringi debet, quos pro omni tempore divina providentia dispensat, ex Augustino lib. contra Iulianum.

SENATUS Parisiensis.

ANno 1562. Mense Januario à Parisiensi Senatu decernitur, non permittendam in Regno geminam Religionem, & Hugenottis templorum ædificationem. Postulatum idcirco est à quibusdam Senatoribus Calvinianorum fautoribus, ut extra urbem illis locus daretur concionandi, & ritus eorum peragendi. Hinc audaciores facti Hugenotti armorum vi obtinere nitebantur, ut in ipsismet Catholicorum templis, peractis eorum officiis, suos quoque ritus perficerent, essetque eadem Ara, Mensa Dei & dæmoniorum. Insuper ea conditione ad Catholicam fidem redituros profitebantur, si prius statuas, templa, & alia ejus permolesta prius illis eliminanda, & reformanda licuisset. Hoc ergo primum caput disputationis fuit de templorum, & imaginum eversione, quibus novis Iconomachis, & Iconoclastis fortiter resistentes Catholici, interrupta disputatione Novatores se victores, ipsi turpiter victi, inflatis buccis personabant.

Sub falso prætextu Idololatriæ imagines sacras evertunt, cum illarum veneratio sit religionis actus, ut habetur ex Concil. Nicæn. 2. act. 6. & 8. Synod. cap. 3. cum tam ipsi revera sint idololatræ, dicente Tertullian. de præscript. (Ab idololatria non distare hæreses) & Irenæo lib. 1. cap. 12. quod hæretici (deponunt in idolum veritatem quam pollicentur.)

CONVENTUS Luneburgensis.

ANno eodem Mense Majo habitus est Conventus Luneburgii à Principibus, & Ordinibus Imperii inferioris Saxoniæ, ibi contra Bernenses Calvinizantes, & alios sacramentarios decretum est, ne Calvinianismus expulso Lutheranismo in Saxonia nidificaret. Sed ubi Bernensibus, Zvvinglianis jungi optabant, ab iisdem prædicti Principes repulsi sunt, & tanquam Lutherani exsufflati, clamantibus Bernensibus sibi æq; sentire licere cum Zvvinglio, & Calvino, sicut illis cum Luthero. Tandem concorditer in Sacramentariorum sententiam itum est, ne Calvino locus daretur.

Fidem ergo nostram, ut diximus ex Hil. dum sibi adversantur, affirmant.

CONVENTUS Halberstatensis.

ANno eodem Mense Septembri in Halberstatensi urbe habitus est Con-

Conventus Principum, & Statuum Saxoniæ, ubi edicto publico sub gravibus pœnis Zvvingliana, & Calviniana doctrina proscripta est.

Bellum hæreticorum, ex eodem Hilar. diximus esse Ecclesiæ trophæa.

CONVENTUS Lausanensis.

ANno 1563. Calvinicolæ synodum celebrarunt in Lausanensi civitate. Ibi protoparens eorum Calvinus Arianus ostensus est, interpretando illud Joannis 10. *Ego & Pater unum sumus, non de essentiæ sed voluntatis unitate.* Cumque ei opponeretur Symbolum Nicænum, in quo confessi sunt Patres *Deum de Deo, Lumen de Lumine &c.* Respondit insolentissime, illam clausulam cōtinere Battologiam, verborumque circuitum. Et nolens fateri Christum Deum esse de substantia Patris, talem edidit Confessionem. (In una essentia Patrem cum Verbo, & Spiritu Sancto agnoscimus) Nec Filium ex Patre, sed autotheon à seipso Deum esse professus est, duosque primos quorum unus ex alio non sit. Tandem Symbolo Athanasii nec credere nec discredere dixit.

Utinam attendissent ad verba Procli Constantinopolit. epist. ad Armenios. (State igitur in uno spiritu unanimes collaborantes fidei Evangelii, & in nullo terreamini ab adversariis custodientes traditiones, quas accepistis sive à Sanctissimis, & Beatissimis Patribus. qui apud Nicænam fidem promulgasse noscuntur, sive à Sanctis, ac Venerandis Basilio, Gregorio, ac reliquis eadem sentientibus) si hac attendissent Novatores non iterum Arium &c. ab orco revocassent.

***

COLLOQUIUM Maulbrunense.

ANno 1564. Mense Aprili Colloquium Maulbrunæ habitum est ad Lutheranas, & Zvvinglianas controversias componendas. Wirtembergenses enim quorum Principes erāt Brentius & Smidellinus, cum pane, & vino in cœna, ut illi loquuntur, adesse Christum verè, & substantialiter, sumique à bonis, & malis dicebant. Palatini vero, quorum Princeps erat Boquinus, oppositum sentiebāt. A Smidellino multum sudatum est ad probandum (quod nunquam præstare potuit) nedum in Eucharistia, sed omnibus in locis Christum esse præsentem. Sed tempore frustra contrito syncretismus effici non potuit, sed potius ingens discordia excitata est, quæ linguas & calamos ad se dilacerandos armavit.

Sed veritas ipsa nos docuit Matth. 12. Omne Regnum, quod intra se divisum est desolabitur.

COLLOQUIUM Petricoviense.

ANno 1566. Petricoviæ in Polonia in celebratione comitiorum Sigismundi Regis habitum est colloquium inter Calvinicolas, & Trideitas. Primis quatuor sessionibus Trideitæ contendebant falsò allegari scripturæ testimonia, filium Dei fuisse nentes non fuisse ab æterno Deum, nec Patri consubstantialem, contra quos fortiora, & efficaciora ejusdem scripturæ testimonia, iidem Calvinistæ protulerunt. Sed illis elabentibus ad Patrum testimonia confugerunt, quos non alia ratione explodere putarunt Trideitæ, quàm

centia suam causam tueri posse respondit. Sed quæ detegi non potuit hæresis, intentio in hac disputatione, & literaria pugna non multo post detecta est; tanto Galliarum malo cum ferro armata in aciem descendens, nec templis, nec Aris, nec Regiæ parcens omnia deturbavit.

Sed fixa sunt, (ait Horsmida Papa epist. ad Possessorem, à Patribus, quæ fideles sectari debent instituta, sive interpretatio, sive prædicatio, seu verbum pro populi ædificatione compositum. Vnum est fundamentum, extra quod qualibet fabrica, si consurgit, infirma est: super illud quisquis superædificat, seu vilia, seu preciosa consideret. Errat autem is, qui à via quam Patrum electio monstravit, exorbitat.) Nec ad certum tempus auctoritas eorum restringi debet, quos pro omni tempore divina providentia dispensat, ex Augustino lib. contra Iulianum.

SENATUS Parisiensis.

ANno 1562. Mense Januario à Parisiensi Senatu decernitur, non permittendam in Regno geminam Religionem, & Hugenottis templorum ædificationem. Postulatum idcirco est à quibusdam Senatoribus Calvinianorum fautoribus, ut extra urbem illis locus daretur concionandi, & ritus eorum peragendi. Hinc audaciores facti Hugenotti armorum vi obtinere nitebantur, ut in ipsismet Catholicorum templis, peractis eorum officiis, suos quoque ritus perficerent, essetque eadem Ara, Mensa Dei & dæmoniorum. Insuper ea conditione ad Catholicam fidem redituros profitebantur, si prius statuas, templa, & alia ejus permolesta prius illis eliminanda, & reformanda licuisset. Hoc ergo primum caput disputationis fuit de templorum, & imaginum eversione, quibus novis Iconomachis, & Iconoclastis fortiter resistentes Catholici, interrupta disputatione Novatores se victores, ipsi turpiter victi, inflatis buccis personabant.

Sub falso prætextu Idololatriæ imagines sacras evertunt, cum illarum veneratio sit religionis actus, ut habetur ex Concil. Nicæn. 2. act. 6. & 8. Synod. cap. 3. cum tam ipsi revera sint idololatræ, dicente Tertullian. de præscript. (Ab idololatria non distare hæreses) & Irenæo lib. 1. cap. 12. quod hæretici (deponunt in idolum veritatem quam pollicentur.)

CONVENTUS Luneburgensis.

ANno eodem Mense Majo habitus est Conventus Luneburgii à Principibus, & Ordinibus Imperii inferioris Saxoniæ, ibi contra Bernenses Calvinizantes, & alios sacramentarios decretum est, ne Calvinianismus expulso Lutheranismo in Saxonia nidificaret. Sed ubi Bernensibus, Zvvinglianis jungi optabant, ab iisdem prædicti Principes repulsi sunt, & tanquam Lutherani exufflati, clamantibus Bernensibus sibi æq; sentire licere cum Zvvinglio, & Calvino, sicut illis cum Luthero. Tandem concorditer in Sacramentariorum sententiam itum est, ne Calvino locus daretur.

Fidem ergo nostram, ut diximus ex Hil. dum sibi adversantur, affirmant.

CONVENTUS Halberstatensis.

ANno eodem Mense Septembri in Halberstatensi urbe habitus est Con-

Conventus Principum, & Statuum Saxoniæ, ubi edicto publico sub gravibus pœnis Zvvingliana, & Calviniana doctrina proscripta est.

Bellum hæreticorum, ex eodem Hilar. diximus esse Ecclesiæ trophæa.

CONVENTUS Lausanensis.

ANno 1563. Calvinicolæ synodum celebrarunt in Lausanensi civitate. Ibi protoparens eorum Calvinus Arianus ostensus est, interpretando illud Joannis 10. *Ego & Pater unum sumus, non de essentiæ sed voluntatis unitate.* Cumque ei opponeretur Symbolum Nicænum, in quo confessi sunt Patres *Deum de Deo, Lumen de Lumine &c.* Respondit insolentissime, illam clausulam cõtinere Battologiam, verborumque circuitum. Et nolens fateri Christum Deum esse de substantia Patris, talem edidit Confessionem. (In una essentia Patrem cum Verbo, & Spiritu Sancto agnoscimus) Nec Filium ex Patre, sed autotheon à seipso Deum esse professus est, duosque primos quorum unus ex alio non sit. Tandem Symbolo Athanasii nec credere nec discredere dixit.

Utinam attendissent ad verba Procli Constantinopolit. epist. ad Armenios. (State igitur in uno spiritu unanimes collaborantes fidei Evangelii, & in nullo terreamini ab adversariis custodientes traditiones, quas accepistis sive à Sanctissimis, & Beatissimis Patribus, qui apud Nicænam fidem promulgasse noscuntur, sive à Sanctis, ac Venerandis Basilio, Gregorio, ac reliquis eadem sentientibus) si hæc attendissent Novatores non iterum Arium &c ab orco revocassent.

***

COLLOQUIUM Maulbrunense.

ANno 1564. Mense Aprili Colloquium Maulbrunæ habitum est ad Lutheranas, & Zvvinglianas controversias componendas. Wirtembergenses enim quorum Principes erãt Brentius & Smidellinus, cum pane, & vino in cœna, ut illi loquuntur, adesse Christum verè, & substantialiter, sumique à bonis, & malis dicebant. Palatini vero, quorum Princeps erat Boquinus, oppositum sentiebãt. A Smidellino multum sudatum est ad probandum (quod nunquam præstare potuit) ne dum in Eucharistia, sed omnibus in locis Christum esse præsentem. Sed tempore frustra contrito syncretismus effici non potuit, sed potius ingens discordia excitata est, quæ linguas & calamos ad se dilacerandos armavit.

Sed veritas ipsa nos docuit Matth. 12. Omne Regnum, quod intra se divisum est desolabitur.

COLLOQUIUM Petricoviense.

ANno 1566. Petricoviæ in Polonia in celebratione comitiorum Sigismundi Regis habitum est colloquium inter Calvinicolas, & Trideitas. Primis quatuor sessionibus Trideitæ contendebant falsò allegari scripturæ testimonia, filium Dei fuisse nentes non fuisse ab æterno Deum, nec Patri consubstantialem, contra quos fortiora, & efficaciora ejusdem scripturæ testimonia, iidem Calvinistæ protulerunt. Sed illis elabentibus ad Patrum testimonia confugerunt, quos non alia ratione explodere putarunt Trideitæ, quàm

quàm communi hæreticorum medio, nempe testimonio solius scripturæ innitendum esse. Sed ne viderentur victi conabantur ostendere, fidiculam suam in Nicæno symbolo fabricatam; sed è regione reclamarunt Calvinistæ, dicendo. Nicænos Patres nihil aliud quam antiquitus traditam fidem, suis decretis consignasse, candemque clariorem reddidisse illud occinentes. Deo Patri sit gloria, ejusque soli Filio cum Spiritu paraclito. Unde ira perciti Trideitæ, Amen. respondere noluerunt.

Vtinam per omnia, & in omnibus Patrum auctoritate se vinci paterentur Calvinistæ, certe enim omnis controversia sopiretur, dicente Synodo Lateran. prima, secretario, seu consultatione. videlicet (Dogmata, & sermones sanctorum Patrum uno corde, & ore unanimiter, ac consonanter omnes firmamus: nihil addentes, nihil subtrahentes ex his, quæ ab ipsis tradita sunt nobis: sicque credimus, sicut Patres crediderunt, ita prædicamus quomodo docuerunt.) Ad horum auctoritatem confugiendum, tanquam ad Ecclesiæ Catholicæ consensum irrefragabilem.

COLLOQUIUM Parisiense.

ANno eodem 9. Julii habitum est Colloquium Parisiis, ubi inter Claudium de Sainctes, & Vigoræum Catholicos, ex una parte, & præcipuos Ministellos Calvinianos ex alia disputatum est. Primo à Catholicis quæsitum est, qui libri in Canone haberentur, quibus responsum est, omnes in auctoritatem recipi debere nullo excepto, qui hucusq; pro Canonicis universaliter recepti sunt, (quamvis Calvinistæ aliter sentiant) Interrogati rursus de quæstione, unde petendus sit sensus scripturarum. Responsum est ex privata cujusque revelatione Spiritus Sancti petendum. Et cum urgerentur scripturæ locis, ubi reprehenduntur ii, qui visiones cordis sui sequūtur, variis diverticulis elabebantur. Proposito deinde articulo de divina Eucharistia, potius de omnipotentia Dei, sinistre audire voluerunt, quam præsentiam Christi Domini in illa fateri, & tot discordes sententias protulere, ut quidam Sambucæus nomine, Gallico libro edito scripserit, Methodum conciliandi, discordes de cœna sententias, qui liber impressus est anno 1571. ubi pariter multa contra Dei Omnipotentiam est debacchatus. Sed idem postea dicitur hanc blasphemiam cum toto Calvinismo abjurasse.

Sed ex auctoritate Ecclesiæ, qui nam libri pro Canonicis sint habendi, habetur ex Concil. Laod. cap. 59. Florent. & Trident. &c. & unde sit petendus sensus scripturarum habetur ex 6. Synod. cap. 19. Si ad scripturas (ait) pertinens controversia aliqua excitata fuerit, non eam aliter interpretentur Episcopi, quam quomodo Ecclesiæ luminaria, & doctores suis scriptis exposuerūt. Vide Concil. Trid. sess. 4.

DISPUTATIO Londinens.

ANno eodem sub Regina Elizabetha Londini in Anglia habita est disputatio Catholicorum cum Calvinicolis. Sed ministrorum fremitu, & nobilium potestate Catholici pressi audiri non potuerunt, nec inchoata verba perficere. Demum loquendi facultate impetrata impiorum ora obturaverunt; propter quod ejecti sunt Catho-

tholici à Colloquio, Ministellis accitis, etiam de ea re editis libellis Pæana falsò occinentibus. Is autem disputationis fructus extitit, quod tunc exulare multi coacti sunt Christi Confessores, inter quos recensentur, Alanus postea S. R. E. Cardinalis, Nicolaus Sanderus, Thomas Stapletonius fortissimi & invictissimi Athletæ, & DD. sapientissimi.

Hic est fructus hæresis, ex Tertull. de præscript. non Ethnicos convertendi, sed nostros evertendi. Hanc magis gloriam captant, si stantibus ruinam, non si jacentibus elevationem operentur.

DISPUTATIO Veradiensis.

ANno 1567. Inter Calviniculas, & Trideitas in Transylvania habita est disputatio Veradiensis. Illi Patrum sententias allegabant; hi respuebant, addentes si Patrum auctoritas ab illis admitteretur, consequenter septem Sacramentorum numerum admittendum esse, Imagines, Cælibatum, omnesque Ecclesiæ traditiones. Sed Principis favore freti Calvinicolis silentium imposuere, & pro suo libitu acta colloquii descripserunt, etiam editis libris contra sanctissimam Trinitatem.

Perbelle Tertull. sive Novatianus de Trinit. ait, quod obluctantes adversus veritatem semper hæretici, sinceræ traditionis, & Catholicæ fidei controversiam solent trahere.

CONVENTUS Aldenburgens.

ANno 1568. Aldenburgensis Conventus celebratus est à Lutherico-lis, ut inter se (divisi in Molles, & Rigidos) conciliari possent. Adeo autem inter se dissecti erant, ut hi Lutherum Christo, & Paulo æquarent, illi vero nec culici æquandum putarent. Sed invicem se mordentibus, & lacerantibus pejor scissura in Lutheranismo facta est.

Hinc falsitas sectarum istarum deprehenditur, cum enim ut dicit Lactant. lib. 4. c. 30. (Phryges, aut Novatiani (Lutherani, Calviniani) seu quilibet alii nominantur, Christiani esse desierunt, qui Christi nomine amisso, humana, & externa vocabula induerunt. Sola igitur Catholica Ecclesia est, quæ verum cultum retinet.)

CONVENTUS IN DOMINIIS Gerau, Graitz.

ANno eodem in Dominiis Gerau Graitz Conventus Protestantium quorundam habitus est: ibi Augustanam Confessionem oblatam Carolo V. vocaverunt Cothurnum, utrique pedi aptum. Alii à Lutheri Catecismis discedunt, novæque constitutiones ibidem cuduntur, & inter cæteras, ut in collectis non concludatur: Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, sed hoc modo (Cum Machumetanis sentientes, qui Christum servum Dei non Deum prędicant) per fidelem servum tuum Christum.

Recte Tertull. lib. 3. contra Marcionem clamat. Desinat nunc hæreticus à Iudæo (Turca) Aspis, quod ajunt à vipera mutuari venenum, evomat jam hinc proprii ingenii virus.

CONVENTUS Sendomiriensis.

ANno eodem Sendomiriæ convenientes Calvinicolæ cum Trideitis

tis, Syncretiſmum ita confarcinatum ex putidis næniis effecerunt, ut Oedipo interprete opus ſit, ut intelligi nequeat, neque de quibus loquuntur, neque de quibus affirmant. Talem Confeſſionem melius Luthericolæ ſentientes, edito libello poſtea damnarũt eo prætextu, quod Calvini ſententiam in illa non reprobaſſent.

Sed bene adaptatur, quod Theodor. lib. 1. hær. fab. ſcripſit (Quod ſi ad amuſſim non intellexeris, non multũ ſtudiis tuis decedere puta. Nam & ipſi fabularum tantarum confarcinatores, ob præcedentia ſua peccata, juſta cæcitate percuſſi cæcutiebant in meridie, non intelligentes ut ait Paulus, quæ loquebantur, nec de quibus affirmabant, ſibi-ipſis talis ignorantiæ auctores, & cauſa exiſtentes.)

DISPUTATIO Albæjuliæ.

ANno 1570. Calvinicolæ cum Trideitis Albæjuliæ convenientes, diſputationem ineunt. Trideitæ abhorrendis blaſphemiis non deſiſtebant, contra Chriſtum Dominum inſurgentes, inter quas illa inſignis (quod Chriſto jam quiete, & pacifice degente non oportet expectare, quod ab illo juvemur; tantum dum inter nos fuit nobis viam ſalutis oſtendiſſe) unde à Calvinianis acerrime perſtricti ſunt, iidem poſtea anno 1578. quemdam David in Chriſtum inſanientem in carcerem conjiciunt, qui nolens illum ut Redemptorem agnoſcere, eidemq; inſultando, quod ſeipſum ſalvare non potuiſſet, antequam à carnifice vita illi eriperetur, infelicem animam exhalavit.

Revera ex Tertull. ſup. de Trinit. inter iſtos quaſi inter duos latrones crucifigitur Dominus quomodo crucifixus aliquando eſt, & ita excipit hæreticorum iſtorum, ex utroq; latere ſacrilega convitia.

SYNODUS Rupellenſis.

ANno 1571. Rupellæ Synodus habita eſt, Beza præſidente. Ibi tractatum eſt de Eccleſiarum inſtaurandarum ratione, ſed ſub prætextu Religionis, in Regis, & Catholicorum perniciem machinati ſunt.

Vere adaptari poteſt Neognoſticis, quod antiquis adaptavit Tertull. lib. de præſcript. Nuſquam facilius proficitur, quam in Caſtris rebellium, ubi ipſum eſſe illic promereri eſt. Et poſtea. Cæterum nec ſuis præſidibus reverentiam noverunt &c.

SYNODUS Bernenſis.

ANno 1572. Bernenſis Synodus celebrata eſt, ubi manifeſta conſpiratio adverſus Catholicos eſt deſignata, ſtatuentes, ut nulla Principibus relinquatur Poteſtas, leges eorum violentur, ima ſummis miſceantur. De qua re legatur Alanus in reſponſione ad perſecutores Anglos.

Recte Tertull. libertatem hæreticam depingens lib. de præſcript. dixit. (itaq; libera ſunt illis omnia, & ſoluta.)

CONVENTICULUM Cracovienſe.

ANno 1573. Cracoviæ (ut alia conventicula à diverſis miniſtellis celebrata ibidem omittantur) habitus eſt Conventus inſaniſſimorum miniſtrorum Trinitariorum præſidente Georgio David, teſte Cromero in ſuis dial.

dial. loquens de colloquio Cacangelicorum Cracoviensium. Ibi sanctam Trinitatem satanici homines deam fatuam, nudam meretricem, hydram, infernalem Cerberum, Idolum Sabinense, Chananæorum simulachrum appellare ausi sunt. O miram Dei patientiã, ad inferos talem superbiam illico non detrahentem.

Refutati sunt supra verbo Trinitarii, & Neariani. Eodem satanico spiritu Arius sua Thalia sotadica ad risum captandum contra sanctissimam Trinitatem debacchatus est, sacrum hoc mysterium obscæne pertractans, ex Athanas. oratione contra Arianos, qui meritas pœnas luit, sicut & Georgius David, cujus corpus flammis cum scriptis exustum est, ex Surio an. 1556.

SYNODUS CRACOVIENSIS & alia Conventicula.

ANno eodem. Alia Synodus Cracoviæ celebrata est. Decretum ibi hæreses tolerandas; potius de pace civium, quam Dei curandum. Sed & leges ab iisdem ministellis explosas iterum cudunt. Pax inter Symmistas & Collegas maledictis non dissolvenda mandatur. Prodiit deinde libellus editus ab iis simiis larvatis inscriptus. Acta, & Conclusiones synodi generalis Cracoviensis, ad Regem Henricum. Post hanc epistolam sequitur consensus mutuus, (sic enim illum attitularunt) de Religionis Christianæ capitibus inter Ecclesias majoris, minorisque Poloniæ, Lithuaniæ, Russiæ, & Samogitiæ: quæ juxta Confessionem Augustanam, fratrum Waldensium, ut vocant, & Confessionem Helveticam, aliquo modo à se dissentire videbantur, factus in Synodo Sendomiriensi anno 1570. 14. Aprilis. In hac decretum est, ut ministri prædicatarum synagogarum conciones, & sacramenta ministrent, & ea forma dispensent, & ritu consueto in iisdem illorum cœtibus, cujus fuerint Confessionis. Et quoties minister cœtus alicujus alterum cœtum adit, cujuscunque sit confessionis, juxta illam prædicet, & ministret. Præterea, ut ministrum Catechismum auditoresque partis, vel cœtus unius, pars altera, nulla vel ratione, vel occasione abstrahat.

In Synodo Uladislaviensi 1563. jam pridem multis articulis ingluviem, & crapulam prohibuere, sed majora incrementa ex prohibitione suscepit.

Alia Conventicula, teste Rescio, habita sunt Poloniæ multis in locis, ut Petricoviæ, Piczoviæ, Rakow, Leuartow, in quibus teste quoque Czechovio Anabaptista, apud Rescium, à plerisque ita discessum est, ut unusquisq; quod sibi videbatur sequeretur.

In Leuartovv duo conventus sunt habiti, in quibus Calvinistæ cum Anabaptistis disputarent. Quibus recusantibus, Anabaptistæ triumphum cecinere.

In quodam Colloquio his locis habito Nicolaus Sturmius ausus est asserere in Christo Domino solam divinam naturam esse Pontificem, Sacerdotem, ac proinde Patre minorem. Sed è regione se opponente altero sectario Stancaro Mantuano, dicente esse Mediatorem secundum humanam naturam, à Polonis missus est ad Genevenses, & Tigurinos pro decisione controversiæ, & decisum est esse Mediatorem secundum utramque. Cui decisioni Stancarus acquiescere noluit. Missum est etiam ad Mahumetanos à quodam nobili, pro decreto, & cæremoniis circumcisionis.

Non insultent haeretici (ait S. August. de Symb. c. 5.) Per partes concisi, non se extollant, qui dicunt, Ecce hic est Christus, ecce illic, qui dicit ecce hic, ecce illic ad partes inducit. Unitatem promisit Deus, Reges in unum collecti sunt, non per schismata dissipati sunt. Nunc ergo, ut dicit S. Iustinus quaest. 4. ad orthodoxos, cum damnent haeretici alii alios, ob opinionum dissensiones, perspicuum est omnes horum haereses occasionem habuisse, ex ambitione, & mutua invidia haeresiarcharum, propter quam causam lupi graves ab Apostolo nominati sunt: imo fidem nostram dum sibi adversantur affirmant.

SYNODUS Vilnensis.

ANno 1577. Synodus Vilnensis habita est, in qua Volanus studuit conciliare Calvinistas cum Lutheranis, unde & librum composuit, in quo Conciliis, & Patribus plus quam Calvinistae solent, tribuit. Quod aegre ferentes libellum edidere, facultatem dantes omnibus credere quod libebat.

Sed unum est, & certum ex Tertull. lib. de Praescript. institutum à Christo, quod credere omni modo debeant nationes.

DISPUTATIO Londinensis.

ANno 1578. Disputatio Londini habita est inter Anglicanae synagogae ministros Calvinianos, & Puritanos ex una parte, & illustrem aetatis nostrae Martyrem Edmundum Campianum Societatis Jesu, quae duravit ab hora octava ad undecimam, & ab hora secunda postmeridiana iterum reassumpta, & usque ad quintam producta. Illis conditionibus disputare voluerunt haeretici, ut Campianum tantùm respondere, nullo autem modo interrogare fas esset, & Antagonistae eorum fuere Decanus Ecclesiae S. Pauli Belaeus & Witakerus, qui scriptum contra Campianum postea edidit, quod diligenter à Joanne Duraeo refutatum est. Ab illo igitur victi amplius cum nullo Catholico se disputaturos, consilio inter se inito decreverunt, & Campianum sannis, & cachinationibus exufflantes, quem ratione vincere nequiverunt, ad extremum in causa fuerunt, ut patibulo cum aliis orthodoxis adjudicaretur. Sic gloriosus ille Martyr ubi prius decem rationes oblati certaminis edidisset, pro causa fidei, sanguine illam pariter obsignavit.

Sed non sunt nova haereticorum Stropha in disputando cum Catholicis, ut patet ex disputatione S. Petri cum Simone apud Clem. Basilii Ancyr. cum Phot. apud Epi. lib. 3. t. 1. S. Bernard. cum Abailardo. Athanasi. cum Ario. August. cum Felice, Pascentio, Emerito &c.

CONCILIABULUM Calvinicolarum.

ANno eodem. A Calvinicolis & Anabaptistis facta est Synodus, ubi Calvinicolae se filios esse Abrahae facere volebant; Anabaptistae vero filios adulterae. Sed contra eos Anabaptistae insurrexerunt ad hominem arguendo, dicentes. Si in Papatu omnia corrupta, cur non baptismus? si omnia, cur non doctrina de Deo? &c. quibus non aliter responderunt illi, nisi his argumentis opportuno tempore satisfacturos, unde ab Anabaptistis Paeana cantatum est. In eadem sy-

nodo cum iisdem Calv nicolis Budeitæ disputarunt. Farnovius pariter dimidia hora contra Spiritum S. è suggestu linguam acuit, Sarnicio illi se opponente. Cumque ad auctoritates scripturæ depromendas ventum esset, tanta varietas editionum in medium adducta est, isto editionem 70. citante, illo Syram, isto Hebræam, illo Chaldaicam, ut clamoribus omnia complerentur, ut muto Dei verbo lites de præcipuis religionis capitibus componi non potuerint.

Ergo ut scripsit Tertull. de præscript. non ad scripturas provocandum est, nec in his constituendum certamen, quibus aut nulla, aut incerta victoria est, aut parum certa. Multo minus ad has, vel illas versiones, sed ad caput unde habetur veritas scripturarum expositionum, & omnium traditionū Christianarum, ut dicit idem, recurrendum.

CONVENTUS Nortemburgensis.

ANno 1584. Habitus est Conventus Nortemburgensis ubi interfuerunt Principes Imperii pro firmanda pace, & tollendis Religionis dissidiis, at nemine de sua pertinacia recedente, nihil conclusum est.

Sed recte S. Gregorius Nazian. ad Cledonium. Talis est vecordia, ut secum ipsa, & cum veritate pugnet.

CONVENTUS Montisalbani.

ANno eodem. Habitus est Conventus Montisalbani à Calvinianis. Ibi data est facultas Scriptoribus & Concionatoribus mentiendi, calumniandi, veri reticendi, ubi suæ causæ conduceret.

Bene scripsit Theodoretus lib. 2. de curgræc. affect. Multifidas falsitatis semitas esse, si à veritatis regula recesseris, ac eorum qui Blasphemiis gaudent varios cuneos & diversa multum blasphemiarum jacula. Mendacium enim multiplex, & varium, sed veritatis gratia simplex est. Vide eundem 1. de Provid.

COLLOQUIUM Montisbelgradense.

ANno 1585. Habitum est Colloquium Montisbelgradense inter Bezam & Smidellinum. Ille dicebat corpus Christi tantum esse in cœlo, nequaquam in terris. Iste vero Ubiquitatem defendebat; in qua disputatione portentosa vocabula inventa sunt, distinctus siquidem est usus cœnæ in oralem naturalem, Sacramentalem, organicum, omnimajestaticum (nomina hic inventa) similiter moles immateriata, illocalitas, omnipræsentia. Ibidem concionem habuit Beza, de prædestinationis arcano adeo impudenter negans liberum arbitrium, ut Manichæos superarit. Eodemque tempore ut triumphum de Smidellino reportasse monstraret, Theses multorum ministrorum charactere subscriptas adversus eundem in lucem evulgavit.

Sed uti solitos portentosis nominibus Hæreticos, patet ex Valentinianis apud Iren. lib. 1. adversus hæreses, cap. 1. Verum ut sapienter idem Sanctus dicit lib. 3. c. 4. Quantum ad res attinet omnes hæretici multo posteriores præcedentibus jam Ecclesiæ temporibus insurrexerunt in suam Apostasiam.

Et prior est census Apostolicus, quàm doctrina Apostatica.

***

CONVENTUS Posnaniensis.

ANno eodem. Trecentum ministri Posnaniæ Conventum egerunt, ut fidei professionem ederent in omnibus & per omnia conformem. Verum tanto in Papam odio flagrabant, tantoque propriæ sententiæ amore tenebantur, ut id efficere non potuerint.

Hic enim est hæreticorum mos proprio amore excæcari, & cum alios vincere velint, sæpe vincantur ad invicem. Siquidem ex Tertull. de præscript. inspecta hæreses omnes, in multis cum auctoribus suis dissensiones deprehenduntur.

COLLOQUIUM Genadense.

ANno 1587. Habitum est Colloquium Genadense, à quibusdam ministris, pro sectarum concordia, hoc est, quomodo ex monstris Lutheranismi, Calvinismi, Minotaurum efficerent. At dum scinderentur in contrarias factiones defendente Magistratu Lutherum, plebe Calvinum, eo deventum est, ut sui dogmatis quisque auctor esset, & credendi norma, & regula.

Sed bene Tertull. de Præscript. Quod (unusquisque hæreticus proinde de suo arbitrio modulatur, quæ accepit, quemadmodum de suo arbitrio, & cõposuit ille, qui tradidit) & unusquisq; se cõstituit regulam veritatis.

SYNODUS Vilnensis.

ANno 1588. Synodus Vilnensis habita est Vilnæ, ubi decretum est, Patrem, Filium & Spiritum Sanctum adorandum non autem Trinitatem.

In quodam alio Conventiculo, ut testatur Cechovicius ab utraque parte, pro ineunda concordia disputatum est, quæ cum perfici non posset, conclusum est, ut unusquisque sequeretur visiones cordis sui.

In alio Colloquio cum nobiles exprobrarent ministris se nescire, quid crederent, eis responsum est, quod quamdiu Domini sunt in cætu, nullus erit ordo. Quibus eidem reluctarunt dicentes. Quamdiu nos isti scholares docebunt errabimus. Verum alii sic concordiam ineundam putarunt, si dissimulatis erroribus res ista oblivioni mandaretur.

Sed quod accidit Arrianis & Eunomianis ex Sozom. lib. 8. c. 1. quod cum inter se dissentirent non pauci discipuli exciderunt. Multi enim ex mutua inter eos discordia, eos de Deo non recte sentire judicabant) sic ex horum contradictione debebant seducti suorum magistrorum deprehendere falsitatem.

SYNODUS Vilnensis.

ANno 1589. Synodus alia Vilnensis facta est Babylonicæ confusioni assimilis. Decretum ibi est, ut ministri profiterentur Confessionem Sandomiriensem, nempe ut de Trinitate recte sentirent, in prædicatione tamen à Trinitatis voce abstinerent. In Sacramento insuper Eucharistiæ non utantur forma cathecismi Vilnen. Ut seminarium erigatur pro filiis ministrorum, qui parentibus in ministerio succedere possint. Ne illegitimos filios baptizent.

Sed omnia humana & divina miscet hæreticus, omnia pietatis, & humanitatis jura, omnia Dei decreta & Ecclesiæ præscripta conculcat, ut merito capis & Bulbis assimiles dixe-

dixeris, quibus multiplici veste cōtectis, cum unam detraxeris, alia rursum, quæ penes illam subsequens latebat, quasi redivivo ordine pullulans aperitur.

DISPUTATIO Badensis.

Anno eodem. Habita est disputatio Badensis inter Pistorium ad Ecclesiam reversum, & Smidellinum, Hedbrandum & Gelarchium: propositis autem thesibus, quibus vera Ecclesiæ definitio probabatur, disputari cæptum est, ex Scripturis in forma Syllogistica, quam cum Smidellinus rejicere conaretur, illam retinere coactus est, suomet testimonio desumpto ex libro contra Svvenckfeldisi descripto, & potius colloquiū interrumpere voluit, quā dialecticis repagulis loquacitatem detinere, & non potuit contra propriam sententiam non eructare conscientia tamen reclamante, dicendo disputationes ab Apostolo interdictas.

Sic hæresis versipellis, modo ut dicit Tertull. lib. 1. contr. Marcio. de philosophorum falsorum ingeniis, animatur, modo veram philosophiam & Dialecticam, ut sophisticam aspernatur cum Iuliano Apostata, ne deprehendatur in astutia sua.

DISPUTATIO Lauingensis.

Anno eodem. Habita est disputatio Lauingensis de bonorum operum necessitate, inter Catholicos & Cacangelicos. Cumque illi tali syllogismo perstringerentur. Omne quod est necessarium Christiano, ut perveniat ad terminum necessarium est ad salutem. Sed ex D. Paulo opera bona

Ephes. 2. sunt hujusmodi, dicente: *Ipsius factura. sumus creati in operibus bonis, ut in illis ambulemus.* Extra chorum saltarunt, dicendo. Bona opera non esse necessaria ad salutem, tanquam salutis causas, sed tanquam merita, vel effectus fidei: adjungendo bona opera non ad eum finem fieri, ut salutem consequamur, sed quia ex præcepto tenemur illa facere. Contra instatum est. Ergo neque fides necessaria est, quia præcepta est. Et respondentibus, quod alia ratio est de fide, quia fides non est opus. Replicatum est ostenso Christi testimonio, qui Joan. 6. dixit: *Hoc est opus Dei ut credatis in eum.*

Sic per omnia confusi sunt, & rejecti, ut canes quos foras Apostolus expellit, latrantes in Deum Veritatis, & futilium argumentorum ossa rodentes, ut de Marcionitis dixit Tert. lib. 2. contra Marcion.

SYNODUS Vilnensis.

Anno 1600. Alia Synodus Vilnensis habita est Mense Majo. Ibi statutum est, ut sine exceptione personarum observarentur decreta Synodi præcedentis, novæque constitutiones ordinatæ sunt, videlicet ut Catechistæ penes ministros habitent, & quamdiu Catechistæ sunt, non concedatur illis dispēsatio Sacramentorum, nec quemquam matrimonio copulare. Ut minister distribuens cœnam, nec sumens ab officio suspendatur. Ut editiones librorum sub deputatorum censurâ in lucem prodeant.

At egregiè Tertull. lib. 4. contra Marcionem. Quod quotidie reformant illud prout à nobis quotidie revincuntur, aut erubescunt de magistro utrobiq; traducto; cum Evangelii veritatem nunc ex conscientia tramittit (hæresis) nunc ex impudentia evertit.

SYNO-

SYNODUS Wittembergens.

ANno 1591. Wittembergæ multi Pastores (ex Jansonio in Mercurio Gallobelgico tom. 1. lib. 4. pag. 272.) & Superintendentes Lutheranicæ sectæ convenerunt, ut unam fidei communem regulam conderent, articulos controversos definirent, normamque generalem in rebus Ecclesiasticis componerent, quam deinceps in ducatu Saxoniæ in Concionibus & rerum Ecclesiasticarum administratione sequerentur.

Sed varietas magistellorum variorumq; tonorum aures graviter percellentium confusio: ibi dissonarum vocum Babylonicæ Turris ædificatorum confusionem exuperat, ut ex hac nota sectarii esse demonstrentur, quod tam prodigiose inter se de fide dissideant, & in varias partes distrahantur.

VISITATIO Saxonica.

ANno 1592. Habita est (ex eodem Jansonio pap. 451.) visitatio Saxonica, ubi Saxones, ut Calvinianos explođerent, eos damnarunt, quod in Eucharistia nuda signa & Symbola corporis Christi dicerent, & figuraliter verba consecrationis intelligerent. Et Christum sola fide ascendente in cœlum, non ore suscipi. Similiter eosdem damnarunt in articulis circa personam Christi, de baptismo, Prædestinatione, & præscientia, de quibus idem Jansonius legendus est.

Sed illud Esaiæ vaticinium cap. 19. descriptum, ut Ægyptii adversus Ægyptios concurrerent, interitum sectarum promittit.

CONGREGATIO Suecica.

ANno 1593. Clerus Suecicus ex Jansonio in suo Merc. Gallobelgico anno 1593. Kalendis Decembribus, articulos quosdam sua consultatione formatos Regi Poloniæ exhibuit. In tertio articulo sic supplicarunt. Nullum alterius præterquam Augustanæ, ut inquiunt, religionis (quocunque illa nomine appelletur,) exercitium, sive in magnis sive in parvis conventibus admittatur, multo minus in Scholis & Ecclesiis. In quarto articulo, quod Rex quamdiu in eo Regno commorari voluerit decem tantum Pontificios Sacerdotes (prout ipse in Constitutionibus Calmariensibus promisit,) atq; inter illos Jesuitam, aut apostatam Suecum nullum, ob graves causas admittat. In quinto, ut nec indigenæ, nec alienigenæ nisi ipsorũ sectæ, ad ullum officium Ecclesiasticum, vel sæculare recipiendum admitteretur, & nemini liceret de ipsorum religione, vel publicè loqui, vel scribere, nec Juventutem pellicere ad scholas Jesuitarum vel Calvinistarum. In nono ut quidam docti, & pii adolescentes in germanicis Academiis Augustanam Confessionem profitentibus, publicis expensis alerentur, ipsorumque personæ & bona essent immunia à Vectigalibus. Sed tentante Rege Catholicam Religionem solam in eo Regno, aut saltem cum alia liberam introducere, id efficere non potens, decrevit, ne alia quam Augustana Confessio coleretur, nec cuiquam Magistratus daretur qui eam non profiteretur.

Male provisum est fratribus quinti Evange-

angelij, Epicuris de grege porcis, de tali confessione tanquam instabili Cothurno, toties mutato, & innovato. Nec ullo modo à Principibus Catholicis permittenda hæreticorum tolerantia, quæ irã Dei provocat, veræ Religionis Contemptum parit, infectionis periculo populos exponit, quod patet ex pacificatione Gandensi, & libertatis hæreticæ Concessione facta Holandis, Zelandis, & sociis conjuratis. Bene contra eandem confessionem adaptatur, quod scripsit Athan. de dec. Nic. Syn. Quod hæretici (Sunt volubiles in omnibus viis suis, nec eandem habentes sententiam, sed nunc in hanc, nunc in illam partem sese vertentes, modo probantes quod dicunt, modo vituperantes quod paulo ante laudaverunt.)

COLLOQUIUM Wittenbergense.

ANno 1594. Habitum est colloquiũ in Academia Wittenberg. ex eodem inter Hunnium defendentem suum de prædestinatione tractatum approbatum à Polycarpo Leysero, & Salomone Gesnero, & inter Samuelem Huberum, eundẽ tractatũ approbare recusantẽ. Sub determinatis judicibus, utraq; pars suam sententiam expressit. Protulit Huberus prædestinationem ad omne genus humanũ se extendere. Hũnius ad electos coarctabat. Omnes homines Turcas etiam & Judæos, & Ethnicos per Christi justificationẽ justificatos esse dicebat Huberus, negabat Hunnius. Omnes homines priusquàm ad regnum Christi perveniant, gratiam Dei, justitiam Christi, & salutem habere dicebat Huberus, negabat Hunnius. Impios suscipientes baptismum in peccati mortalis affectu, ex sola prædestinatione Dei vere, & realiter justificatos, dicebat Huberus, negabat Hunnius. Omnes qui in externo cætu Ecclesiæ sunt, sanctificatos esse, & renovatos, dicebat Huberus, contradicebat Hunnius. Lutherum revocasse sententiam de servo arbitrio sustinebat Huberus, negabat Hunnius. Hunnius cum suis è Sacra scriptura, & libro concordiæ suam sententiam probaturos offerebant. Huberus sensum Theologorum Wirtenbergensium, Lipsiensium, & Jenensium appellavit. Cumque Doctores Wirtenbergenses nempe Jacobus Herbrandus, Stephanus Gerlachius, Jacobus Hafenrefferus, Joannes Magirus, Lucas Osiander, Wilhelmus Holderus, Andreas Osiander, Felix Bidembachius, re perpensa Huberum damnassent, ut etiam fecerunt Lipsienses & Ienenses. Sed appellante Hubero Ducem Saxoniæ, judices ad utramque partem audiendam designati sunt, interim Hubero silentium indicto. Ægrè tamen id tulit Huberus conquerens adversariorum conatu sibi interdictam suam de prædestinatione sententiam. Sed cum Salomoni Gesnero mandatum esset loco Huberi concionari, suggestum prius ascendit, adversarios sugillans, atque proscindens, vocans eos Sacramentarios & Caluinistas. Tandem protestatus est disertis verbis se in ultimas terras deportari potius quàm ab opinione sua resilire.

Hoc modo ut scripsit Aug. de verbis Domini Serm. 11. divisi sunt adversum se, & omnes pertinent ad regnum diaboli. Nec illis prodest, quod aliqua dogmata Catholica profiteantur, nam qui uni Articulo fidem abrogat, omnes negat, & talis fides, quæ aliquibus Articulis assentit, non Christiana est sed humana & civilis.

CONGREGATIO Belgica.

ANno eodem, ut dicit Iansonius, à quibusdam sectariis in quibusdam Provinciis Belgicis, instituerunt

modum celebrandi matrimonia, ut loco Sacerdotis, Notarius assisteret, ut primò Consensum, & propositum explorarct eorum, qui matrimonio jungendi erant, quo habito mox Notarius respondebat: Cum dominis Commissariis nullum legitimum impedimentum occurrerit, & æquum sit, ut negotium vestrum promoveatur, Dominus Deus propositum quod dedit vobis confirmet. Secundò ut coniunctis dexteris spōsi, & sponsæ Notarius sponsum alloquatur his verbis Profiteris hic coram Deo, & Magistratu, te accipere N. hic adstantem in uxorem tuam legitimam, & polliceris ei, te nunquam deserturum, sed amorem ei, & fidem exhibiturum, & fidem ei matrimonialem conservaturum, omniaque facturum secundum præscriptum Evangelii? Cumque hæc omnia promitteret sponsus, sicut vice versa etiam sponsa: Mox Notarius benedicendo hanc formulam verborū proferebat. Pater misericordiarum, qui vos per suam gratiam ad sanctum hunc statum matrimonialem vocavit, devinciat vos syncera dilectione, & fide conjugali, detque vobis suam benedictionem. Hic modus Celebrandi matrimonia quibusdam magistratibus & Ordinibus Belgicis placuit, Curia in templū, Magistratu in Ecclesiam, Secretario vel Notario in Sacerdotem mutato.

Sed non mirum quando etiam, ut scripsit Tertull. Pater hæreticorum diabolus, res Sacramentorum nostrorum æmulatus, contra formam Apostolicam ab Evaristo Papa descriptam epist. 1. ad Episcop. Africa.

COLLOQUIUM Torgavien.

ANn 1594. Cum Huberus Professor Wittembergensis tumore disciplinæ inflatus tanquam aliis scientia Superior, (ut scripsit de Encratitarum Principe Tatiano Nicephor. lib. 4. hist. Eccl. c. 4.) absurdā de prædestinatione sententiam, quam ad reprobos extendebat, promulgasset, Silentium illi indictum est, sed propter authoritatē quā habebat apud Saxones, & necessitudinem cum Cancellario, omnibus modis laboratū est, ut suā de prædestinatione sententiā moderaretur, ut prædestinationis vocabulum, quod ad reprobos etiam extendebat, largo modo sumeret. Illo renuente, Dux Wilhelmus Fridericus Electoratus Saxoniæ administrator, colloquium Torgaviæ instituit, 26. August. ut controversia finiretur, vocando Aegidium Hunnium è Wittenberga, & Georgium Mullerum Ienâ, aliosque Theologastros. Sed cum in disputatione ista pertinax inventus esset Huberus, Saxoniâ cedere jubetur, cum familia & bonis suis.

Bene istis adaptari potest, quod scribitur. Ierem. 8. Vere mendacium operatus est stylus scribarum, confusi sunt sapientes, perterriti, & capti sunt. Verbum enim Domini projecerunt, sapientia nulla est in eis.

COMITIA SUECICA.

ANno 1594. Ex eodem, publicè comitia in suecia habita sūt. Ibi pseudo Episcopi umbra territi, & à Rege Catholico sibi metuentes, decreverunt omnes Sacerdotes, & Religiosos spacio Sex dierū excederēt. Regi insuper scripserunt, ut ante Pentecosten in Sueciam reverteretur, protestantes ni fecerit, se ad novam electionem progressuros. Eo consilio id factum est multos Catholicos illius regni omni Sacrificio, & Sacramentis, & cibo spirituali, corporali relicto, expoliarent. Sed hæc est hæretica fraus antequā Provinciis potiantur: Fidem donum Dei esse jactare: nemini propter religionem persequutionē inferendam. Unicuiq; libertatem conscientiæ permittendam & ubi pestiferæ Sectæ jecerint fundamenta, videas in Catho-

Catholicos conspirare, imo & omnes, qui non sunt suæ sectæ, persequi, mulctare, in carcerem coniicere, etiam vita expoliare.

Lege Augustinum Donatistarum persecutionē recensentē epist. 122. 162. & 166. familiare namque est hæreticis cum non possint veritatē ratione evertere, armis vindicare, id patet non solum de Donatistis, sed Arianis, Nestorianis, Albigensibus.

CONGREGATIO PALATINA.

ANno 1603. Prædicantes Palatini congregati in novam doctrinæ formulam, contra Academiam Heidelbergensem conspirarunt (apud Cudsemium lib. de Desperata Calvini Causa) ea est forma decreti (Commune, & hactenus, inquiunt, usu potius quam veritate receptum, tritumque dogma de vera & reali corporis Christi Cōmunione & præsentia, quod Academici Doctores nostri in scholis tradunt, atque defendunt, licet fidei solius medio, & instrumento non modo periculosum est, sed plane falsum. Nobis itaque, & Zuvinglii Spiritui visum est, certas conscribere concionandi formulas, & phrases, quibus in posterum sit utendū, & quibus voculis & terminis abstinendum, ut falsò hactenus tradita corporis præsentia, quæ tantum in cælis est, à cæna exterminetur.)

Hæc impij adversus Transubstantiationis dogma prædicatum, non in Angulis, sed in Concil. Later. Floren. & Trident. locis sup. cit. In æternum permanentem veritatē, quam non poterunt debellare inferorum portæ.

CONCILIABULUM Vapincense.

ANno eodem. Mense Octobri habitum est à ministris Gallicis nationale Concilium Vapinci in Delphinatu, Præsidente Daniele Chamerio Montiliniensi Ministro, (ex Gaulterio & Ludovico Richeomo) ibi decretum est inter cætera, baptismum infantis baptizati à Proponente, nondum habente ministerii vocationem, nullum esse, & iterandū. Ibi pariter statutū est monendum, ac rogandum neminem ministrū, ne suarum novitate, ac diversitate opinionum turbare pergat Ecclesias. Ad hæc ab Academiis Anglicanis, Scoticis, Genevensi, Leydensi, Basileensi, aliisque postulandum, ut ipsis aggregarentur, & suas operas consociarent.

Sed baptismum à Laico datum in necessitate verū esse baptismum, tradit egregie Aug. lib. 2. contra epist. Parm. c. 13. Concil. Florent. in instruct. Arm. In eo vero, quod reprimuntur quærentes novitate dogmatū suorum Ecclesias perturbare, dum eorum ministromachia deprehenditur, Ecclesiastica Hierarchia exaltatur. Verè enim à Veritate coactus seipsum condemnans & suos symmistas Lutherus scripsit, Mendacia certius dignoscere non potes, nisi quando sibimet ipsis contraria sunt: à Deo enim ita ordinatum est, ut impii semper seipsos confundant, & quod mendacia, non consonent, sed semper contra semetipsa testentur.) Hac ille lib. de votis Monast.

PSEUDO-SYNODUS Anglicana.

ANno 1603 & 1604. Habita est Synodus Anglicana, & collatio Hamptocuriana ubi 141. canōes cōstituti sūt (ex gretsero l. demōstrat. dogmatū Ecclesię, & Gaultero in 17. seculo ab anno 1600. titulo de Antipuritanis) qui aliis Novatorib⁹, Germanis, Belgis Puritanis, genuflexionum, & aliarum cæremoniarū, nec non & sacramentorū hostibus contrariantur. Statutum est siquidem, cum cœnā administrant, neminem scienter ejusdē participes faciant, qui in genua non fuerit inclinatus. Ordinarunt consecrationem Episcoporū, Presbyterorum, Diaconorum, Confirmationē, auricularem Confessionē. Similiter signū Crucis in baptismi administratione, ge-

niculationes ad auditionem nominis Iesu, Vigilias, quatuor tempora, festa, Litanias, superpelliceum, pileum quadratum, cucullum, & capucium retinenda. Adfuit & Rex Anno 1604. in secunda die collationis Hamptocurianæ, in qua Puritani à sua causa ceciderunt, & cum suis propositionibus damnati. Et eadem collationis die ipse Rex Synodo Præsidens, dixit, se nondum vidisse Biblia ulla in linguam Angelicanam rectè conversa, se autem omnium pessima judicare Biblia Genevensia, statuens ut alia ederetur versio, purior absque margine: quandoquidem bibliorum genevensium notas invenerat, admodum partiales, falsas, seditiosas, nimiumque redolentes animæ periculosæ & perversissimæ machinationes.

Sed, ut dicit Aug. 3. contra Donatistas cap. 19. Hæc omnia, quæ à Catholicis numerantur, cæremonias, scripturas &c. Ad speciem tenent non ad salutem.

COLLOQUIUM Francofurtense.

ANno Domini 1609. Habitum est colloquium Francofurtense, inter quosdam Calvinianæ Sectæ ministros, & R. P. F. Cosmam Morelles Ordinis Prædicatorum in Universitate Coloniensi Magistrum, & Apostolicæ sedis Inquisitorem meritissimum. Calviniani erant Isaac Genius, Minister Belgicæ nationis, Clemens Bœsius nationis Gallicæ, Isaac Minister Synagogæ Belgicæ Hanoviensis, inter ipsos erant Antesignani, quidam Heidelbergensis, Alter Genevensis, tertius Apostata quidam ex inclyta Capucinorum familia, qui nuper tanquam palea de horreo dominico auolarat. Qui Catholicam Religionem propugnabant, erat F. Cosmas Morelles. Propositis ibi legibus & conditionibus disputandi inter collocutores: Disputatus est articulus iste, Num bonis operibus mereamur vitam æternam. Et Calvinianis negātibus, Orthodoxo Fr. Cosma affirmante, & ex scripturis, & argumentis ex multis locis Calvini, affirmativam partem probante, adversarii victi sunt.

Lege Colloquium Francofurtense per eundem Fr. Cosmam editum Anno 1615.

***

TRA-

TRACTATUS TERTIUS

CONTINENS FALSAS HÆreticorum Traditiones.

SIO.

& falsa dogmata non ab Apostolis vel ab Apostolicis, sed ab apostatis & apostaticis acceperunt.

NOSTRORUM TEMPORUM NOVATORES.

A Novatorum dogmata impia & Simoniana hæc sunt. Opera bona ad salutem esse perniciosa. Iustum in omni opere bono peccare. Opera bona non nisi æternos ignes mereri. Lutherus in assertion.a.31.32.36. Calvinus 3. instit.cap.12.§.4.& c.41.§.9.

Posterioris & novissimæ ætatis Pastores & Doctores.

Hæreditatem paternam conservantes, impios hæreticos profligantes.

A Caiet. opus. de fide & operib. tom.3.opusc. tract.11.F.nr. Io. Gandau in concertat.tit.4.ar.13. F. nr. Ambr.Cath.2. de consid. præsentium temporum, cap.27.

B Ad castra Novatorum multi Clerici apostitæ, & excucullati monachi, ut licentiosè & libidinosè viverent, convolarunt. Cælibatus & vota monastica ab iisdem reiiciuntur, à Luth.lib.de vot. monast.& alios suo etiam Luth.animavit exemplo, Catharinam prius monialem è cœnobio educendo, eandemque Wittembergæ Scholarium osculis prius suaviatam sibi sacrilegè copulando. Et Calv.in harm.in Matth.fascinos vocat doctrinam Cælibatus, cælibesque reluctante naturâ, quasi inuito Deo, laqueum cælibatus sibi induxisse. Et votifragus Idelectam sibi pariter copulavit.

B F. nr. Conradus Kœlin, in confutat.doctissimâ Epithalam. Lutherici.

C Eadem uxorum communitas ab Anabaptistis inducta est. In Catal.supra.

C Hosius explicat. 6. precept.F. noster Amb.Pelarg contra Anab.

D. Novatores sacris imaginibus conculcatis, & à templis eliminatis, suas imagines obtruserunt, nec non & veterum hæreticorum. Beza in suis iconibus.

D Ludovicus Richeom. lib. 8.idolat.Hugo cap.4.

E Lutherus liberum arbitrium rem de solo titulo appellat, & figmentum in rebus.ar.26.& 36. Calvinus dixit. Magnum bonum futurum, si aboleatur.lib.2.instit.cap.2.§.4.

E Concilium Senonense de lib.arbitrio decr.15.Trident.sess. 6. can. 4. & 5.

F Novatores à proprio judicio & privato spiritu Scripturæ sacræ intelligentiam desumendam volunt. Lutherus in assert.in præ- [illegible] 4.c.8.& 9.§.9.

F Concilium Trid. sess.4. decr.de edit.& usu. sac. lib. Roffens.contra præfat assert.

G Liber-

G S. Ignatius epist. ad Smirn.	G Christum Dominum non fuisse verum hominem, nec verè passum. Ex Theod. lib 1. hæret. fab.	*G Opusc. 2. c. 220. & 3. p. q. 47. a. 1. 2.*
H S. Ignat. epist. ad Tars.	H Negavit carnis resurrectionem. Ex Augus. & Epiphan. ubi supra.	*H 4. cont. Gent. c. 79.*
I S. Martialis ad Burdeg. initio	I Mundum â Deo conditum negat. Ex iisdem loc. cit.	*I p. p. q. 44. a. 1.*
K S. Martialis ibidem. num. 10. Clem. lib. 6. c. 2. & lib. 2. recognit.	K Dicebat se esse virtutem magnam, ex Epiphan. supra, & statua reperta est cum hac inscript. Simoni Deo sancto. Ex Iustino in Apol. 2. Sic plures impius faciebat.	*K in Matth. 24.*
L S. Martialis supra, num. 3. hac tanquam stercus contemnit.	L Exorcismis & incantationibus utuntur, ait S. Irenæus, & qui dicuntur Parædri, hoc est, Auxiliatores, quos & spiritus familiares vocant, & Onoripompi, hoc est, qui somnia tanquam divina oracula jactant, & quæcunque sunt alia parerga, id est, supervacanea apud eos exercentur. Idem dicit Theodoret. supra.	*L. 2. 2. q. 55. a. 2.*
M S. Clemens lib. 2. constit. c. 2.	M Deum omnipotentem Legislatoris dignitate spoliavit, dicendo ex Epiph. hær. 21. legem non esse Dei, sed sinistræ virtutis.	*M p. 2. q. 98. art. 2. & ar. 1.*
N S. Martialis ibid. n. 11. & ad Tholos. n. 8.	N Fidem abnegandam dixit persecutione urgente. Ex Orig. lib. 6. contra Celsum.	*N 2. 2. q. 3. a. 1. 2.*
O Amentissimum eum vocat ibi S. Dion. & librum eiusdem reprobat.	O Contradictorios Libros adversus Christi fidem attitulasse, testis est Dionysius de divinis nominibus, cap. 6.	*O opusc. 72. in princ. & 1. contra Gent. c. 7.*
P Prima heresis post Christi Ascensionem, fuit Simonis Magi. S. Clemens lib. 6. cap. 9.	P Meritò Simonem malam propaginem, primogenitum diaboli appellavit S. Ignatius ep. ad Trall. Ejusdem hæresim primam fuisse, habetur ex Epiph. & aliis Patribus. Ex qua amarissimâ radice, ait Theod. lib. 1. hæret. fab.	*P in Matth. c. 24.*

G Libertini dicunt, non verè, sed per phantasma Christum Dominum mortuum esse. Ex Posseu. in Atheismis.

G Catechism. Rom. in exp. 1. a. 9. Med. in 3. p. q. 47. a. 1.

H David Georgiani negant carnis resurrectionem. Ex Lind. in dubit. Vide Catalog. nostrum supra.

H Catechism. Rom. in artic. ultimo.

I De Illyrico scribit Hesuss. ad eundem scribens: Sequi ex ejus doctrinâ, non Deum, sed diabolum animas hominum creare. Idem cum Spangenbergio & aliis Substantiariis eundem diabolum faciunt mundi creatorem. Ex Resc. in Symb. atheism. 1.

I Idem in art. 1. explic.

K David Georgius Christum se esse jactavit, sed & Ioannes Leidensis sartor, se Christum esse simulavit. Ex Rescio in centur. verbo, David Georgiani, & Monasterienses.

K Canis. in præ. de nov. sect. Doctissimus nr. F. Thomas Maluenda, de Antichr. lib. 1. c. 9.

L Paredrum se habuisse Luth. ipse fatetur in colloq. mensalibus, fol. 281. dum dicit secum dormire solitum, sicut & suam Catharinam: cum eo in dormitorio ambulasse, fol. 275. cum eodem collocutum, & inductum ad Missam & transubstantiationem abnegandam. tom. 7. operum Witenberg. Zuinglius in subsid. Euch. D. 2. & D. 3. â monitore in somno, quem nesciebat discernere, esset ne albus vel niger, se inductum scribit ad commutandum (est) in (significat) in verbis consecrationis. Caluinus â maledicentia se excusans epist. ad Buce, dixit, non esse morbum sui ingenii, sed sui genii: Sed Onoripompis correspondent Enthusiastæ, & Cælestes prophetæ, sup. in Catal. recensiti.

L Nicolaus Serarius de Lutheri cum diabolo disputat. Zacharias Boverius exam. 3. de unitate Capitis visibilis, ar. 3. in demonstrationibus Symbolicis.

M Legem Dei criminatur Luther. vocans eam in Colloq. Comensi, c. de lege & Evang. verum Labyrinthum. Item, præcepta legis fontem omnium hæresum, & Aurifabro & Rebenstock.

M F. Dominicus de Soto de just. & jure, lib. 2. q. 1. art. 2. & q. 3. art. 6.

N Religionem & fidem tenendam vel relinquendam, prout expedit, dixerunt Nicodemici, Macchiavellistæ, Bifidi, sup. in Catal.

N Caietanus & Bannes 2. 2. q. 3. ar. 1. & alij S. Thomæ Interpretes.

O Immensam librorum molem adversus fidem scripsisse Lutherum, patet ex variis tomis impressis Witenberg. Ienæ &c. similiter & Calvin. & alios Novatores, etiam patet manifestè.

O Lutheri libri â nro. F. Silvestro de Prierio Sacri Pal. Mag. Romæ igni traditi sunt.

P Tanquam primogenitum diaboli, utpote omnium hæresum nostri temporis parentem Lutherum extitisse manifestum est. Quare impiè Beza in responsionibus Sanctesij, vocat Luth. eximium Dei organum, divinitus inspiratum, servum Dei & quidem egregium, ac valde excellentem admirandum in diebus nostris. Hæc ille. Sed dum ordine servato voluit idem Beza in suis Iconibus,

P Petrus Cudsemius de desp. Calv. cap. 3. Coccius de signis Ecclesiæ, lib. 8. a. 12.

fab. orti sunt Dosithani, Cleobani, Gorhæni, Masthothæi, Adrianistæ, Eutychistæ, Canistæ. Et subdit, quod hę impiæ sectæ non diu durarunt, sed oblivioni traditæ sunt. Vnde fons earum, & Pater omnium hæreticorum Simon meritò nuncupatur. Vide Geneb. an. Christi 54.

THEBUTES.

Q S. Martialis epist. ad Tholos. n. 21. & n. 26. S. Ignatius ad Philad.

Q Thebutes ex Ægesippo apud Niceph. lib. 4. cap. 7. Episcopatu, quem ambitiose affectavit, frustratus in primis Ecclesiæ incunabulis (unus enim fuit è 7. primis hæreticis (Ecclesiæ doctrinam discerpere ac lacerare conatus est.

Q 2.2. q. 11. art. 1. ad 2.

Pseudoapostoli multi extiterunt, qui contra doctrinam Catholicam insurrexerunt.

R S. Ignatius epist. ad Magnes.

R Quidam dixerunt, circumcisionem observandam. Act. 15. Gal. 4. & Sabbathum. Gal. 4.

R 1.2. q. 103. art. 4.

S Idem epist. ad Tars. & S. Martialis epis. ad Tolos. num. 3.

S Quidam, ut advertit Tertul. de præscription. cap. 35. ab Apostolo denotati 1. Cor. 15. qui carnis resurrectionem negant.

S 4. contra Gent. cap. 79.

T Idem ibidem n. 8.

T Quidam brevi diem Domini instare pronunciabant 2. Thess. 2.

T 3. p. q. 10. art. 2. ad 1. 4. d. 43. a. 3. q. 1.

V Idem ibid. n. 3.

V Quidam jam factam esse resurrectionem dicebant. 2. Tim. 2. Hi fuerunt Hymenæus & Philetus.

V 2. ad Tim. 2. & 4. d. 43. q. 1. art. 3.

X Ab Ignat. ad Eph. describitur hæreticorum spiritus. Policarp. ad Philad.

X Quidam referente D. Petro, epistolas Pauli, sicut & cæteras scripturas depravabant.

X 2.2. q. 11. art. 2. ad 2.

bus, ante suum parentem Calvinum, Lutherum collocare, Calvinianam sectam sicut & reliquas propagines ex Lutherici seminis redundantiâ profluxisse demonstrat.

Q Sed non desunt Novatorum exempla, qui Principatum Ecclesiasticum ambientes in Catholica Ecclesiâ, spe eâ frustrati, apostatarunt, novissimè Marcus Antonius de Dominis, Archiepiscopus Spalatrens. ambitione inflatus, Sūmo Pontifici seipsum & cæteros Episcopos æquavit, Aristocraticam gubernationem inducens, volens in solidum cunctos Ecclesiarum Episcopos esse S. Petri successores, lib. 2. de Repub. Christ. c. 1. n. 9. & lib. 4. c. 6. n. 2. unde ut palea ab Ecclesia avolavit, ad divisos ex orbe Britannos confugiens, ut ibi Cathedram pestilentiæ contra Apostolicam Cathedram erigeret. Ipse quoque Luth. se ambitione populari inflatum ad prosequendam hæresim, testatur ipsemet in præfati. operum Witember. an. 1558. dicens: suspensis animis exspectabant omnes eventum tantæ rei, quam nullus ante me nec Episcopus, nec Theologus ausus esset attingere. Fovebat autem me utcunque aura ista popularis. Hæc impius.

Q Stapletonius in Orat. de causa grassantium hæresum. F. nr. Abraham Bzovius vir eruditissimus & pientissimus, in lib. Romanus Pontifex, c. 28. Facultas Parisiensis multas propositiones ex cōsilio suæ profectionis, & 4. libris de repub. Christiana excerptas censuravit.

R Idem dogmatizarunt Novatores dicti Circumcisi. sup. in catal. verbo, Sabbatarii, & Circumcisi.

R Soto de just. & jure. l. 2. q. 5. a. 4. Medina 1. 2. q. 103. ar. 4.

S Quidam sunt Novatores, ut David Georgiani, Libertini, Richeriani, Fratres amoris, qui carnis resurrectionem negant. Supra in Catal. & in art. Symb. Carnis resurrectionem.

S Soto 4. d. 43. q. 1. a. 2. Viguerius in inst. Catech. Rom. a. 11. Symb.

T Quidam persuasi à quodam impostore brevi post biennium judicium futurum, omnia abligurientes, ocreati & pileati se in cælos transferendos exspectabant. Lege sup. in nostro lib. de præscriptionib. adversus hæreses, pag. 375. & Resciumin Atheism. in Symbol.

T Soto ibid. Viguerius in inst. c. 21. §. 2. ver. 7.

V Resurrectionem jam factam dixerunt Libertini ex Calv. instruct. adv. Libertinos, c. 22. & Bulling. contra Anabaptistas, c. 14 Vide Lind. in dubitantio.

V Soto 4. Sent. d. 43. q. 2. a. 1. Catech. Rom. supra.

X Novatorum studium in depravandis sacris Scripturis supra apparuit lib. 2. præscript. a. 3. per mutilationem, additionem, transmutationem.

X Fr. Io. nr. Dietenbergius linguarum peritiss. scripsit adu. Luth. depravatam versionem.

Prioris ætatis Pastores & Doctores.	VETERES HÆRETICI.	*S.Thomas Aquinas.*
Y S. Dionysius amentiam eiusd. Magi confutat.	Y Quidam negarunt Dei omnipotentiam : talis fuit Elymas magus, qui referente S. Dionysio c.8. de div. nom. sic dicebat: si est omnipotens Deus, quomodo dicitur à Paulo, seipsum negare non potest?	*Y p.p.q.25.art.3.*
Z *S.Martialis ep.ad Tholos. nu.9.*	Z Quidam, ut advertit etiam Tertul. interdictores Nuptiarum sugillantur. Ex epist 1. ad Timot. cap.4.	Z *lib.3.cont.Gent.cap.126.*
A *S.Ignatius epist.ad Trall.*	A Quidam, quos Antichristianos vocat S. Ioannes in epist. 1.cap.4.dicebant, Christum in carne non venisse: & non credebant Iesum esse Filium Dei.	A *3.p.q.1.per tot.& 4.cont.Gent. c.3.& 54.*
B *Obedientiam commendat S. Ignatius ep.ad Philadelph.*	B Quidam Apostolicis præceptis parere recusabant, ut Diotrephes, ex Beda in Com. epis. can. qui superbus noluit Ecclesiæ parere, primatum conscientiæ usurpans.	B *in Matt.c.23.initio.*
C *S.Ignatius epist ad Heronem.*	C Hujus hæretici garrulitatem & maledicentiam accusat S. Ioannes, & inhospitalitatem in fratribus peregrinis non suscipiendis taxat, ut habetur in epist. 3.Ioan.	C *2.2.q.88.art.12 ad.3.*
	MENANDER, à quo Menandriani. Menander discipulus Simonis ex Tertul. supr c. 46. eadem dicebat quæ & Simon, &	
D *S.Martialis epist.ad Tholos n.4.*	D Ultrà. Negabat posse quempiam salutem habere, nisi in nomine suo baptizatus esset.	D *3.q.66.a.9.*
E *Idem ibidem.*	E Seipsum à Deo, ex Epiphan. hær.22. missum esse, ad congregandum aliquos ad suum mysterium, dicebat.	E *In Mat.24.*
E *Hæreticus spiritus seipsum prædicat ex Ignat.epist. ad Ephes.*	F Seipsum præceptore suo majorem jactabat.	F *Ibidem.*
G *S.Martialis epist.ad Tholos.n.5.*	G Sectatoribus suis, minimè morituros persuaserat. ex eodem.	G *In addit.q.79.art.1.*

CLE-

Y Omnipotentiam Dei negant Calv. 2.inst. c.7. §. 5. lib.3.c.2. & sup.cap.23. & 5.Beza adu. Hessus. Carolstadius dialogo de cæna, Zuinglius resp. ad lib. Struth. & alii supra relati col. 1. circa medium.

Y Catechism.Rom. in decl. 1. art. Symb.Cajetan p.p.q 25.a.3.Bannes, Nazarius,& alij Si. Doct. Interpretes.

Z Nuptias execrati sunt quidam Anabaptistæ.Ex Catal.nostro, verbo,Adamitæ.

Z Concil.Trid.ses.24.de Sacram. matrim.c.1.

A Christum non venisse in carne,docuerunt Anabaptistæ apud Coclæum lib.de error. Anabapt.Hoffmannici,apud Surium, Bucce.Iudæotrinitarii,Manichæi novi: de quibus sup.in nostro Catal. Et in erroribus circa art.3. Symboli. Similiter Deitatem Christi negarunt Servetus,Budnæus,Ebionitæ novi.In. Catal. numero & in erroribus contra Secund. articul. pag.366.

A Synodus Provincialis Mogunt. 1549. c. 6. Ferrariensis 4. contra Gent.c.54.& cap.5.

B Familiare est omnibus Novatoribus, Ecclesiastica mandata proscindere,& præpositis Ecclesiæ non obedire. Aeriani novi supra in Catal.pag.57.

B Ambrosius Cathar.lib.2.de considerat ione præsentium temporum.

C Calvinus lib.4. cap. 20. §. 1. inter intolerabilia ministrorum vitia,numerat mendacium, detractionem & contumelias. Rursus devotas peregrinationes insectari non cessat, & è Sathanæ officinâ prodiisse ait, jejunia, peregrinationes, In confess. fidei Calu. art.24.

C Ambros .Cath.de consideratione præsentium temporum lib. 1.c. 7. Gretzerus de sacris peregr.lib.4.Ruardentius contra eundem artic. & lib.13.Theom.c.31.

D Anabaptistæ Ægidiani solum suum baptisma impium quod & reiterabant, vobacant retinctionem perfectam. Sup. in Catal. verbo,Ægidiani.

D Synodus Moguntina.

E Thomas Monetarius,ex Caranza in sum.Concil.docuit palam se missum ad instaurandum collapsum Ecclesiæ statum.Id ipsum jactant Evangelici & alii, qui conventicula impiorum congregarunt.

E Concil. Senonen.an.1528. explicans illud : Sæpe expugnaverunt me &c.eleganter.

F Caluinus, ubi Lutherum ut organum Dei & fidelem Ecclesiæ Doctorem prædicasset, ep.145. ad Doctorem Marpach,se in gratia & Evang.magis profecisse gloriatur. Præfat.instit.ad Franc. Galliæ Regem.

F Leonardus Rubenus de fals. proph.

G Rustici quidam,ut sup. dictum est,dementati à quodam ministello,ex Resç. in Atheis. sup. se in cœlos assumendos exspectabant.

G Rescius hos exsufflat ibidem.

Prioris ætatis Pastores & Doctores.	VETERES HÆRETICI.	S. Thomas Aquinas.
	CHERINTHUS.	
H S. Clemens epistola ad Iacob. Dionysius 3. de divin. nominib.	H Cherinthus, ex Epiph. hær. 28. unus fuit ex his, qui restiterunt S. Petro, quando venit ad Cornelium, multitudinem circumcisorum commovens, quod Petrus ingressus esset ad viros præputium habentes.	H Opusc. contra errores Græcorum.
I S. Ignatius epist. ad Magnes.	I Circumcisionem & legalia servanda docuit. Ex Epiph. ibid. & Aug. de hæresib.	I 1.2.q.103.a.4.
K S. Martialis epis. ad Tholos. n. 22. S. Dionys. de cælesti hierarch. c. 7.	K Regnum Christi terrestre somniavit in oblectamentis & illecebris ventris & veneris. Ex Dion. Alex. lib. 2. de promiss. Euseb. 3 hist. Eccl. c. 22.	K 4. cont. Gent. c. 83.
L S. Ignatius epist. ad Magnes.	L Christum Dominum hominem tantum sine Deitate esse contendit. Ex Tert. de præscrip.	L 4. cont. Gentiles, c. 2.
M S. Martialis epist. ad Burdeg. num. 3.	M Eundem fuisse dicit Ioseph & Mariæ filium, ut cæt. homines. Ex Iren. lib. 1. cap. 25.	M 3. p. q. 32. a. 2.
N S. Dionysius epist. ad Caium.	N Duas personas introduxit in Christo, dicendo, Iesum passum & resurrexisse, Christum autem impassibilem perseverasse existentem spiritualem. Ex eod. ibid.	N 4. cont. Gent.
O Idem de Ecclesiastica Hierarchia, cap. 4.	O Absque Baptismate quempiam consequi posse salutem dogmatizavit, aliis non baptizatorum defectum supplentibus, ut pro iis baptizarentur. Ex Iren. ibid.	O 3 p. q. 68. art. 1. 2. & 3.
P Idem ibid. cap. 1. divina scripta ab Apostolis recepta fatetur.	P Ex parte Evangelio Matth. docet usum S. Epiph. supra, Paulum verò reiicit, eò quod non obedierit circumcisioni.	P In catena aurea, in proœm. & in epis. Pauli Rom. 1.
	EBIONITÆ.	
Q S. Ignat. ep. ad. Magnes.	Q Ebionitæ ab Ebione, qui per multas formas se monstruosum ostendit, ut dicit Epiph. Iudaismum instaurarunt cum Cherintho.	Q p. 2 q. 103. art. 4.

R Vir-

H S.Petro & ejus Successoribus acri odio resistunt Novatores, negantes ejus Principatum & privilegia. Passim Luth. lib. de Conciliis, de captivit. Babyl. Calv. 4. instit c. 6. Melanchton lib. de potestate Papæ, seu de regno Christi.

H Caiet. de auctor. Papæ, & Concil. & Rom. Pontificis instit. Turrian. de Ecclesia Cathol. & eius Pastore Rom. Pontif.

I Sectarii observantes legalia & circumcisionem, supra relati sunt, verbo, circumcisi, Sabbatharii.

I Medina p. 2. q. 103. 1. 4.

K Sed quas nænias Lutherus finxerit in futura vitâ, ab his Cherinthianis non dissimiles, dictum est supra in erroribus contra ultim. artic. symboli.

K Coccius tom. 2. lib. 10. a. 9.

L Christum Dominum hominem tantum fuisse renovarunt Adamitæ, Iudæotrinitarii; Stembergensis ex dictis in Catalogo.

L Idem tomo 1. lib. 1. a. 2.

M Budnæus in Lithuania eandem hæresim instauravit. Ex Resc. in Atheis. contra symbolum.

M Idem ibid. lib. 3. a. 2.

N Eundem errorem instauravit Beza in lib. contra Smidell. de unitate hypost. scribens in Christo duas esse uniones hypostaticas, & Calu. dicens: Verbum mediatoris suscepisse personam. Lege Feuardentium in hunc locum, Iren. & dial. 3.

N Idem ibid. lib. 2. a. 2. Edmundus Campianus martyr gloriosus, in rationibus oblati certaminis, ratione 7.

O Hutbertus minister Calv. cum puerulum moribundum baptizasset, è suo gradu ejectus est consilio ministrorum Calv. ex illo principio falso sui mag. Calvini dicentis in antidot. Conc. Trid. ses. 6. cap. 5. pueris non esse necessarium baptisma, cum nascantur ex utero sanctificati. Et in universum Zuinglius ex Resc. in Atheis. scripsit, baptismum non esse necessarium, cum nihil aliud sit, ait, quam extremum quoddam symbolum.

O Conc. Trid. ses. 5 1. de peccato orig. c. 4. & sess. 7. Catechism. Rom. de baptis. Concil. Mogunt. c. 13. de bapt. parvulorum. Beccanus adv. Calv. de infantium sanctif. t. 1. opusc.

P Franciscus David sepeliendum esse Evang scripsit. Ex Resc. ibid. Beza in c. 27. Matt. memoriâ lapsum Matthæum insimulat, quod pro Zacharia Hier. substituerit. Luth. in c. 3. ad Gal. convictus circa bonorum operum necessitatem, ex sac. script. testim. præsertim ex ep. S. Pauli a't. Tu urges servum. i. scripturam, & eam non totam, sed ejus partem, hunc servum relinquo tibi: ego urgeo Dominum, qui est Rex Scripturæ.

P Sixtus senens. lib. 7. Bibl. hær. 2. 7.

Q Novatores Iudaicos ritus instaurasse apparet, sup. in Cat. v. Iudaizantes, Circumcisi, Sabbatharii & ex Resc. in cent.

Q Medina 1. 2. q. 103 ar. 3. & 4.

R Calv.

Prioris ætatis Pastores & Doctores.	VETERES HÆRETICI.	*S. Thomas Aquinas.*
R S. *Martialis epis. ad Tholos. & S. Ignatius ad Philadelph.*	R Virginitatem non admittunt.	R *22.q.152.ar.2.3.& q.88.ar.7.*
S *Idem epist. ad Magnes.*	S Antiquos Patres & Prophetas, Eliam, Danielem, Samsonem abominahtur.	S *Gal.3.lec.4 Heb.11.lect.2.*
T *Idem epist. ad Philadelph.*	T Apostolos in ordinem cogunt atque reprehendunt.	T *Rom. 8. Lect. 1. & 4. Et 1.2.q. 106.ar.4.*
V *Idem epist. ad Magnes.*	V Christum à Patre creatum dicunt.	V *4.cont.Gent.c.3.*
X *Policarpus ad Philippenses.*	X Acta Apostolorum & scripta Pauli traducunt.	X *Et prol. in epist. Pauli.*
Y *S. Ignatius epist. ad Heron. paulò post princip.*	Y Se inopes esse jactabant, & propterea inopes vocantur.	Y *3 cont. Gentil. c.132.*
Z *S. Martialis ad Tholos. num.9.*	Z Prioribus nuptiis damnatis, alteris per secundas, & tertias nuptias.	Z *Ibid. c.124.*
A *S. Ignat. ad Smyr. vocat etiam hæreticos spiritu Dei vacuos, & monumenta mortuorum. Epist. ad Philadelph.*	A Sua conventicula Christi appellant Ecclesiam, ejus verò nomine solùm gloriantur ex eodem: & solum Hierosolymam adorant, quasi domus Dei sit. Ex Iren. lib.1.cap.26.	A *In psal.21.34.& op.6. in Symb.*
B *S. Martialis ep. ad Burdegal. n.3.*	B Purum hominem Christum Dominum faciebant, ex semine Ioseph natum. Ex Epiph. ibid.	B *4.cont. Gent.c. 3. & c.45.& 46.*
C S. *Ignati. confutat Ebionem epist. ad Rom.*	C Ebion matrimonium quoque damnavit.	C *4.cont.Gent.cap.122.*
D *Alias scripturas citant, iisque utũtur. Dionys. Ignat. Martialis, &c.*	D Solo Matthæi Evangelio utuntur, dicit Iren. sup. & illud etiam mutilant, nec non eas quas admittunt scripturas extorquent.	D *In cat. aur. in proœm.*
E *S. Ignatius epist. ad Smyr. Simias humanam formam præferentes vocat hæreticos.*	E Multa mysteria faciunt, dicit Epiph. ad imitationem Sanctorum in Ecclesia azimis utendo, ex eod. diem Dominicam aliis reiectis celebrando. Ex Euseb. lib.3.c.21.	E *3.p.q.74.a.4.2.2.q.93.art.1.*
F S. *Martialis ep. ad Burdegal. num.10.*	F Iesum Christum & Spiritum Sanctum in cœlis creatos comminiscuntur. ex Epiph. in Acephalæosi.	F *4.cont.Gent.*

NICO-

R Calv. in Mat. c. 19. edit. Gall. dicit, quod stulta imaginatio sit, cælibatum esse virtutem. Luth. lib. de vot. monast. dicit, cælibatus & Virginitatis aureolæ nugæ sunt & mera Sathanæ mendacia.

S Noe, Abraham, Saram & Moysen calumniatur Calvinus in Gen. c. 6. 7. 9. 12. 16. 20. & lib. 3. inst. c. 2. §. 1. Moysen Luth. lacerat tom 3. fol. 40. & in colloq. Rebenstock. de lege & Evang.

T Calv. in Luc. 7. Apostolos pro fæce populi & quisquiliis habet, Petrum criminibus accusat. Gal. 2. cæteros Apostolos garrulos vocat. 4. inst. c. 8. num. 8. Idem præstitit Quintinus Piccardus, apud Lind. in dubit.

V Calvin. Christum Dominum creatum facit, dum lib. Gallico de actis Serveti Anno 1554. fol. 219. ait: Filius est conformis Patri, habens substantiam distinctam ab eo. Et lib. adv. Gentil. solum propriè Patrem Creatorem cæli & terræ, Filium verò esse subjectum Patri dixit.

X Novatores multa è scripturis truncant, ut dictum est sup. lib. 2. præf. 3. controv. 2. art. 2.

Y Gloriabantur quidam Novatores Geusij dicti, mendici vocari. Supra in Catal.

Z Divortia sunt apud Novatores frequentissima, & dissolvi posse matrimonium scripserunt Luth. de capt. c. de matrim. Calv. 4. c. 19. §. 37.

A Per Rhodanum, qui in Lemannum Lacum se abscondit, Ecclesiam vult significari Mornay in suo iniquitatis mysterio, Ecclesiam sic restringens, ut nolit esse per totum orbem diffusam, sed in Gallia vel in lacu Genevensi restrictam. In præfat. ad Romanæ Ecclesiæ sectatores.

B Eundum errorem, Christum Dominum esse purum hominem, & verum non putativum filium Ioseph renovavit Budnæus ..a Lithuania, sup. circa 3. artic. symboli. Et Christianus Franchen Christum Deitate spoliavit.

C Anabaptistæ in eodem errore conspirant. Supra in Catal. verbo, Adamitæ.

D Mos familiaris Hugnosticorum est resecandi & truncandi multos sacros libros è sacro Canone, ut dicetur infra, & intelligentias depravandi. Vbi enim v. g. Legimus, Hoc est corpus meum, ministri Genevenses vertunt: Hic est corpus meum. 84. extortas expositiones collegit Claudius de Sainctes, de sensu eorundem verborum, quæ recensentur ex Rescio in Atheism de. Eucharistia.

E Eosdem æmulantur Caluiniani in azimis cænam administrantes; & Dominicum diem tantum admittentes, omnes alios ritus & mysteria abiiciunt.

F Calvinus in Genes. c. 14. appellavit Christum secundum regem post Deum, & secundam vitæ causam. Transylvanici creatam motionem dicunt esse Spiritum Sanctum.

S G Ni-

R Ambros. Cathar. Apolog. de cælibatu. Petrus Tiraus de sacrorum hominum continentiâ.

S Franciscus Feuardentius lib. 9. Theom. c. 1.

T Idem loco cit. & lib. 4. c. 15.

V Coccius t. 1. l. 1. a. 5. Mart. Sifiglesius Germ. Iesuita de Filij Dei ..vinit.

X Zacharias Bov. in dem. symb. exam. 5. de script. unit.

Y Surius in com. & Richeomus in Idolol. Hugonot. lib. 7. c. 16.

Z Albertus Pighius controv. de divortiatorum novis conjugijs.

A Leonardus Coquæus in suo Antimornæo ibid. Christoph. de sacro bosco de vera Eccl. & ejus notis.

B Coccius to. 1. lib. 3. a. 2. Iacobus Gorscius apologet. scripsit adu. apostatam Franchen. Colon. an. 1585.

C Hosius de sacr. matr. c. 55. Ferrariens. 4. cont. Gentil. ibid.

D F. Sixtus Senens. noster, lib. 7. Bibliot. Lindanus in dubit. dial. 1. pag. 76. Hosius opere de sacro non vernaculè legendo.

E Cudsem. de desp. Calu. causa. Fevardent. in confuta. Calvin. catech. a. 3.

F Gregor. de Valentia in controversiis, sect. a. lib. 1. de Trinit. & unitate, per multa capit.

NICOLAITÆ

Nicolaitæ ex Iren magistrum habuerunt unum ex septem qui primi ad Diaconatum ab Apostolis ordinati sunt, plenissimè autem per Ioan: in Apocal. manifestantur qui sint.

G Clemens Papa lib. 6. constit. Apostol. c. 8. & S. Ignatius vocat eosdem voluptatum amatores epist. ad Trallianos.

G Per multam malignitatem, ait Epiph. hær. 25. in multiplici fœminarum coitu, turpibusque ac intolerabilibus actibus, quos nec dicere quidam fas est, versantur.

G 3 cont. Gent. cap. 122.

H Idem impuros vocat epist. 5. S. Martial. epist. ad Burdegal. cap. 5.

H Nisi quis singulis diebus venerem exerceret, non posse participem esse vitæ æternę dogmatizarunt iidem Nicolaitæ. Ex Epiph.

H Ibid. Loco cit.

SACRAMENTARII.

I S Ignat. ibid. & S. Martial. ep. ad Burdegal. n. 3. & 4.

I Sacramentarii ex S. Ignat. ep. ad Smyrn & Theod. Dial. 3. Eucharistiam & oblationes non admittunt.

I 3. p. q. 83. ar. 1.

K Iidem loco cit.

K Non confitentur Eucharistiam esse carnem Salvatoris, Domini nri. Iesu Christi.

K 3 p. q. 75. per. tot. 4. cont. Gent. c. 61. 62. 65.

SECUNDI SÆCULI VEteres Hæretici ab an. 100. usque ad 200.

ELIXÆI.

L Iustinus M. apol. ad Anton. Pium Antenag. apol. pro Christianis. Ter. 1. contra Marc.

L Elxai à Iudæis oriundus, adversatur Virginitati, & odio habet continentiam, & cogit ad nuptias. Ex Epiph. hæ. 19.

L 2. 2. q. 152. a. 2. & 3. & 4.

M Caius apud Euseb. lib. 3. c. 28.

M Imaginaria quædam velut ex revelatione introduxit. Ex eod.

M 2. 2. q. 172. ar. 5. ad 3. & in Matt. c. 24.

N Tertull. in apolog. cap. 27.

N Persecutionis tempore docebat, posse adorari simulacra, si solum in conscientia non adorentur, & si quid etiam confiteantur ore, non autem corde.

N 2. 2. q. 3. a. 1. & 2.

O Usque

G Nicolaitis correspondent Condormientes, communia habentes, Liberi fratres, inter quos permiscuos mulierum amplexus ac obscænas permixtiones esse legimus. His stravit viam Lutherus, lib. de vit. conjug. & sermone de matrim. verbū illud Dei, *Crescite & multiplicamini*, dicens non esse præceptum, sed plusquam præceptum divinum, nempè opus quod non est nostrarum virium, vel ut impediatur, vel omittatur: & iterum, (date veniam recitanti) si nolit uxor, veniat ancilla.

G Ludovicus Richeomus in idololatria Hugenotticâ, l.5.c.7.13.& 14.

H Lutherus eod. loco, eundem actum magis necessarium, quam edere, purgare, muccum emungere, somno & excubiis intentum esse, dicere non erubuit.

H Idem ibid.

I Lutherus docere nititur, sed frustra, in Missa nihil aliud offerri nisi orationes. Et in confess. anno 1528. editâ ait, se supra omnes abominationes habere Missam.

I Concil. Trid. sess. 22. c. 1. Caietan. tom. 3. opusc. 10.

K Eundem errorem amplexi sunt Zuvingliani, Oecolampadius, Richeriani, Energici, Arrhabonarii, sup. in Catal.

K Idem Concil. sess. 13. can. 2. & 4. Roffensis cont. Oecolamp.

L Lutherus præfat. in Oeconomiam Metii to. 4. Ger. f. 463. ait: quemadmodum graviter & severè præcipit Deus, non occides, non mœchaberis; eodem modo & multò magis præceptum est, uxorem ducas, matrimonium contrahas.

L Feuardentius in notis ad Iren. l. 1. c. 31. Richeom. lib. 5. c. 7. Clemens Montlianus in Compend. Christ. institut. tract. de calib. Sacerdotum.

M Revelationes & somnia Zuvinglii circumferuntur in lib. de subsid. Euch. Apparitiones Angelicas factas Gaspari Oleviano & Piscatori, & factas Grynæo in itinere Spirensi, recenset Scultetus.

M Cudsem. de desperat. Calv. causâ, c. 5. de placitis & traditionibus Calvinianis.

N De Nicodemicis refert Hosius apud Resc. verbo, Nicodemici, quod in conspectu regum loqui & pro veritate stare propterea formidarent, ne census, redditus, aut gratiam Principis amittant. David Georgius stultos putabat, qui dicebant peccatum esse, abnegare Christum coram hominibus, & propterea stolidos vocabat Apostolos & Martyres, qui se occidi passi essent. Apud Rescium in Centuriis.

N F. Dominicus Bannes 2. 2. q. 3. a. 1. & 2. Aragonius Turrianus ibid.

Prioris ætatis Pastores & Doctores.	*VETERES HÆRETICI.*	*S.Thomas Aquinas.*
O *S.Iren.docebat, hæreticos non posse miracula facere.lib.1.c.8.& 2.c.57.*	O Usque ad tempora Epiphanii hęc hæresis protracta est, dicens hæresi 53.ante paucos annos hujus hæresiarchæ mortuam sororem, nomine Martham, & alteram Marthanam jam superstitem, quarum sputa & sordes auferebant hæretici in auxilium videlicet morborum, nihil tamen efficiebant. Ex eod.	O *2.2.q.178.a.2.*
	SATURNINUS.	
P *Antenag.pro Christi.Tert.lib.2.ad uxorem.*	P Saturninus primus fuit ex Theod.lib.hæret.fab.qui matrimonium, diaboli doctrinam nominavit.	P *4.cont.Gent.cap.122.*
Q *Iren.lib.3.c.20. versus finem. Tertul.de carne Christi.*	Q Christum in specie & apparentiâ tantum venisse, & omnia in apparentia fecisse, hoc est natum esse, & cætera.	Q *3.p.q.5.ar.1.& 2.*
R *S.Iren.lib.1. cap.7. apertè vocat similes impostores Antichristos.*	R Seipsum Salvatorem à Deo Patre missum ad destructionem Dei Iudæorum, & ad salutem credentium.	R *in Matt.c.24.*
	BASILIDES.	
S *S.Iustinus in expos.fidei, & Dial.cum Triphon.Iren.lib.3.c.23.lib.5.c.1.*	S Basilides has impias fabulas confixit. Christum non esse passum dixit, sed ipsius loco Simonem Cirenæum. Ex Theodor.Epiphan.hær.24. Iren.lib.1.cap.24.	S *3 p.q.50.a.1.& 4.& q.46.a.4.*
T *Antenag.pro Christi.ibi. nos sacra & res nostras in lucem proferre audemus.*	T Sua mysteria nemini revelanda, sed silentio in seipsis continenda, & hæc esse ineffabilia, nec ab omnibus capi dicebat. Ex iisdem.	T *2.2.q.153.per tot.*
V *S.Iust.resp.ad Gentes.*	V Suos prophetas habebat Basilides, Barcabam, & Barcoph, & quosdam similiter barbaros. Ex Theod.	V *in Mat.c.24.*
X *Tertul. adversus Basilid. lib.de bono mar.*	X Non oportere martyrium subire docebat. Ex Epiph. & Tertul.de præscript.c.46.	X *2.2.q.124.art.1.& 3.*
Y *Idem Tertul. lib.de resurrect. carnis.*	Y Carnis resurrectionem impugnat, negandam salutem corporibus repromissam. Z Ne-	Y *4.cont.Gent.c.79.*

O Tentavit Lutherus miraculum facere effugando dæmonem, sed dæmon Wittembergensis illum in angustias redegit. Ex Staphiso oculari teste. In responsione contra Smidell. ministri Confess. Augustanæ energumenam conati sunt liberare anno 1563. Sed Doctor Catholicus Simon iis non valentibus, oppressam sanavit, Laodonensis energumena nihil sibi à Calvinianis timere clamabat. Notum est quod gestum est in Polonia de novo Polycronio, qui Matthæum de vivo mortuum fecit. Ejus historiam narrant Alanus Copus, Lindan. in dubitant. & noster P. Melchior testis est apud Rescium in Phalarismis Poloniæ.

K *In talem appellationem invehitur idem Optatus.*	K Damnati per Concilia, & jura Ecclesiastica & à Melchiade Papa Imperatorem appellabant, ex Aug.ep.68. & 162.	K *2.2.q.1.a.10.*
	MELETIANI.	
L *Concil Ancyr.c.4. & c.18. vide Euseb.P.P.ep. 3. decret. ad Episcopos Tusciæ & Campanæ.*	L Meletiani à Meletio Episcopo Aegypti, hi cum pœnitentibus orare nolebāt, ex Aug.hær. 49. Arianis se adjungentes, sed postea resipiscentes, ex Theod. lib.4 hær.fab. sui iuris esse voluerunt, & cum Ecclesiis jungi recusarunt, multas ridiculas saltationes & cantiunculas invenientes.	L *p.p.q.27.a.1.*
	ARIANI.	
M *Concil.Nic.1. Arium damnat Alex.Alex.ep.ad Constant.*	M Ariani ab Ario Presb. Alexandrino. Dixit. Flium non esse ejusdem cum Patre substantiæ, sed esse creaturam, similiter & Spiritum Sanctum. ex Epiph. hær.68.69.	M *4.cont.Gent.c.3.17.18.*

N Fili-

E Ex solis bonis, & prædestinatis constare Ecclesiam, dicit Cal. 4. instit. c. 1. Muscu. in loc. communibus. Luth. de ser. arb.

E Petrus Soto p. p. defensionis contra Brentium.

F Idem dogmatizant Authotheani, & Bideitæ contra Filium, & Budneitæ contra Spiritum sanctum, supra in Catal.

F Ferrar. contra Gentes iisdem locis.

G Catholicorum baptisma Anabaptistæ reiterant.

G Concil. Trid. Sess. 7. de baptis. can. 11.

H Eandem confusionem adstruunt Cent. lib. 1. c. 4. de bapt. Brent. in c. 3. Luc. Melan. in loc. Cal. 4. instit. c. 15. § 17.

H Idem can. 1.

I Nedum otiosa cæremonia Confirmatio habetur à Luth. de captiv. Calv. 4. instit. c. 19. sed Chrisma conculcatum ab hæreticis legimus, Eucharistiam canibus objectam lib. de Furor. Gall. & apud Resciũ in Phalaris Calices, altaria, templa destructa, Clerici, & Sanctimoniales ludibrio, & morte affectas ex Theat. Crudeli Resc. &c.

I Richeomus in idololat. Hugonott. lib. 2. c. 5. 27. & 28. Rescius in phalarismis.

K Damnatus Lutherus concilium appellat, idem appellarunt Interimistæ, unde & Protestantes dicti sunt, ex Sur. in Comment. anno 1529.

K Caiet. opusc. de Comparatione auctoritatis Papæ & Concil.

L Transylvani Arianis nostro sæculo se adjunxerunt, ex Possev. in Atheismis, & Arianorum Erasmo etiam placuit patrocinium suscipere Sui quoque juris esse voluerunt nonnulli, qui dicti sunt liberæ fidei, Suistæ, &c. Meletianos imitantes. Multa ridicula & incomposita in suis cœtibus fiunt.

L Emmanuel Vega contra Transsylv. Lorichius de vera, & falsa libertate credendi. Cudsemius de desper. Calv. Causa. Vicel. in retect. Lutheranis.

M Ariani novi nostro sæculo veteribus copulantur, & Pneumatomachi, de quibus vide Resc. in centur.

M Bartholomæus Torres. p. p. q. 27. disp. 1. 2. 3. 4.

Prioris ætatis Pastores & Doctores.	VETERES HÆRETICI.	S. Thomas Aquinas.
N Athan. orat. 4. contra Arianos.	N Filium assumpsisse solam carnem, absque anima, ex Epiph. & Aug. hær. 49.	N 3. p. q. 5. a. 3. & 4.
O Hilarius. 9. de Trin.	O Eundem Christũ multa ignorasse, & crescente ætate multa didicisse ex Athan. 4. cõtra Ariã.	O 3 p. q. 10. a. 1. 2. 3. & 4.
P Hilarius. 10. de Trin.	P Non Iesum, sed tantum Christum esse pronuntiandum, ex Nic. lib. 9. c. 13.	P 3. p. q. 37. a. 2.
Q Concil. Nic. can. 8. & 19.	Q Catholicos ad suam sectam transeuntes, iterum rebaptizabat. Aug. hær. 49.	Q 3. p. q. 66. a. 9.
R Athan. orat. 2. contra Arian.	R Idem adversus sacra dogmata scænica scripta numeris constantia, Thalia sodatica nuncupando composuit, quæ & inter crapulas decantabat. ex Athan. Orat. 2. contra Arian.	R 2. 2. q. 13. a. 1.
S Hil. l. 2. de Trin.	S Hæresim eius sophista Asterius sequutus est, dicens Christum esse Dei virtutẽ, sicut Moyses dixit locustam, & brucũ esse Dei virtutem. ex Sot. lib. 1. c. 24.	S p. p. q. 42. a. 6.
	COLLVTHIANI.	
T Lactant. de ira Dei cap. 13.	T Colluthiani à Colluto, dicebant Deum non facere mala pænæ, ex Aug. hær. 65.	T 1. 2. q. 87. a. 6. & 7.
	AVDIANI.	
A Euseb. 8. de præparat. Evang. c. 2.	A Audiani, aliàs Vadiani, vel Antropomorphitæ ab Audæo, ex Epiph. hær. 70. & Aug. hær. 50. Corpoream formam Deo tribuebant, ex eodem Epiph.	A p. p. q. 3. a. 1.
B Concil. Laod. c. 7.	B Pascha cum Iudæis celebrabant, ex iisdem.	B 1. 2. q. 103. a. 3.
C Concil. Gangrense c. 8. Antiochen c. 25.	C Episcopos damnabant, quod temporales haberent facultates, ex Aug. 50.	C 2. 2. q. 185. a. 6. & 7.
	SEMIARIANI.	
D S. Athan. ep. de syn. Arimini. Seleucia, &c.	D Semiariani sunt, qui consubstantialem Filium Patri confiteri nolebant, sed solum similem Patri, nec Ariani videri cupientes, nec plene catholici, Aug. hær. 51. Epiphan. hær. 73.	D p. p. q. 42. a. 4. & 6.

MACE-

N Formam accidentalem Christum assumpsisse, non substantialem, ait Brent. in recognit. doctr. — *N Franciscus à Christo. in 3. d. 2. q. 7.*

O Ignorantiam nostri causa subire quoque voluisse, scripsit Calv. in c. 21. & 24. Matth. — *O Feuardentius in Theom. l. 4. c. 7.*

P Christodini, de quibus in Catal. Dominum nostrum non Iesum, sed Christum tantum invocandum esse dicunt. — *P. Petrus Richeom. in idololat. Hugonot. l. 7. c. 3.*

Q Idem faciunt Anabapt. relati sup. in Catal. & apud Resc. in Centuriis. — *Q Ambrosius Pelargus contra Anabaptistas.*

R Arium imitatus & Lutherus in sermonibus Convivalibus. Sannis & Scommatibus maledicens Patribus, Ecclesiæ, Deo. — *R Gregorius Gothardus in defens. Ecclesiæ cath. ubi. Luth. impostor ostenditur.*

S Matthæus Gribaldus, apud Resc. in cent. scripsit Patrem esse verum, & summum rerum omnium principium, qui filium genuit, & eum in creatione tanquam opificem ad Deum adhibuit, & Ecclesiam Deum Patrem per Christum invocasse, nunquam vero Filium ut Deum supplicasse. — *S Torres loco sup. cit.*

T Mala pœnæ infligi à Deo, Novatores fassi sunt, sed pænas decernere Deum Tyrannorum more non secundum demeritorum exigentiam Zuvingl. de Prov. c. 6. impiissime dixit. — *T Melchior Canus. 2. de loc. c. 4. ad. 7.*

A Imago Dei (dixit Osiand. l. de imag. Dei) non ad solam mentem hominis, sed etiam ad corpoream naturam hominis pertinet, & Luth. in Comment. in genes. — *A Coccius tom. 1. l. 1. a. 1.*

B Paschatitæ, & Sabbatharii iisdem subscribunt, ut in Catalog. — *B Medina. p. 2. loc. cit.*

C In Episcoporum, & Clericorum temporales facultates invehuntur. — *C Caietanus in Comment. eorundem ar. & noster F. Bartholomeus de Turre, de statibus.*

D Semiarianos, ex Rescio in Centur. iisdem, habet hoc seculum, quibus correspondent Gentilistæ, qui dicunt Filium essentiatum à Patre, & Patrem proprie esse Deum, Filium autem subordinatum Deum; nolentes Filium consubstantialem Patri Deum de Deo confiteri. — *D Torres loc. cit. sup. in p. p. q. 27. a. 1.*

E Ma-

Prioris ætatis Pastores & Doctores.	VETERES HÆRETICI.	*S. Thomas Aquinas.*
	MACEDONIANI.	
E *Damasus Papa eos damnavit ep. ad Paulin. apud Theod. lib. 5. c. 11.*	E Macedoniani dixerunt Spiritum sanctum non esse Deum, sed Creaturam, administratorium, & servilem Spiritum, Aug. hæres. 52. Epiph. hæres. 74.	E *p. p. q. 27. a. 3.*
	EVSTATIANI.	
F *Concil. Gangren c. 1. & 2.*	F Eustatiani ab Eustatio Episcopo Sebastæ. Nuptias, & cibos damnabat. Soc. lib. 2. cap. 32.	F *3. cont. Gent. c. 126. & 127.*
G *Idem c. 19. & 20.*	G Basilicas, & loca Sanctorum, nec non & præscripta jejunia, ex Socr. ibid. & Nicep. lib. 9. c. 16.	G *3 p. q. 83. a. 3. & 2. 2. q. 147. a. 3. & 4.*
	ÆRIANI.	
H *Concil. Gangrense ep. ad Episcopos Armen.*	H Æriani ab Ærio, carnibus, & cibis omnis generis indifferenter, sine religione utebantur, ex Dam. de hær. jejunia spernebant, ex Epiph. hær. 75. Aug. hær. 53.	H *2. 2. q. 147. a. 8.*
I *S. Ambros. in c. 3. prior. ad Cor.*	I Dicebant Presbyterum ab Episcopo nihil differre. Epiph. sup. & in Anacæph.	I *4. cont. Gent. c. 75. & 76.*
K *Cyrill. Catech. 5. Mystag.*	K Neque pro defunctis orandum, Aug. hær. 53.	K *in addit. q. 71. per totum.*
	EVDOXIANI, *seu Ætiani.*	
L *Ath. lib. de Syn. Basil. contra Eunom.*	L Ætiani, qui etiam Eunomiani ab Eunomio dicuntur, dissociant Filium, & Spiritum sanctum à Patre, eos creaturas facientes, Dam. lib. de hæres. Epiph. hær 76. baptizantes in nomine Dei increati, Filii creati, & Spiritus S. Sanctificativi ex Epiph.	L *p p. q. 27. a. 1. & 2. 3. p. q. 66. a. 3. & 6.*
M *Cyrill. catech. 5.*	M Nullum stuprum, vel scelus peccatum arbitrabantur, dicendo Deum solam fidem exposcere ex Dam.	M *2. 2. q. 154. per tot. ibi q. 23. a. 6. 7. 8.*

N An-

E Macedonianos novos in Antibrentio nunquam satis laudatus Card. Hosius à schola Lutheri prodiisse scribit, qui Macedonii hæresim in lucem revocarunt. Lindanus à Farello Macedonianismum renovatum scribit, Spiritum sanctum vocat ministrum Calv. in summa doctrina verbi ep. 130.

E Gregorius de Valentia in controversiis de S. Trinit. in Analys.

F Nuptias execrantur David Georgiani. Separati usum ciborum detestantur & in catalog.

F Ferrar. in commentariis eorundem locorum.

G Basilicas detestantur Magdeb. præf. cent. 6. jeiunia Calv. 4. instit. c. 12. §. 20. Luth. de doctr. hominum vitandis.

G Bellar. de cultu sanctorum lib. 3. c. 5. Coccius l. 3. a. 9. tom. 2.

H Idem Luth. delectum ciborum detestatur, lib. contra nostrum Fr. Ambrosium Catherinum, & vocat eum delectum, octavam Antichristi faciem.

H Io. Busæus de jeiunio, & delectu ciborum.

I Nolunt talem distinctionem ciborum agnoscere. Luth. de captiv. in c. de sac. ord. Calv. 4. instit. c. 4. §. 2.

I Concil. Trid. in continuat. sess. 25. c. 2.

K Orationes pro defunctis rejiciunt Luth. epist. ad Vual. Zuuin. Epich de can. missæ Bull. dec. 4. serm. 14.

K Idem Concil. sess. 25. decr. de purg.

L Gribaldus Filium, & Spiritum Sanctum à Patre dissociat, præscriptam à Christo Domino baptizandi formam respuunt Zuvinglius, & Brentius in suo Catechismo relati à Resc. in ath. de baptism. Sacram.

L Fr. noster Adrianus Valentinus unus è Theologis Concil. Trid. lib. adversus errores Mathæi Gribaldi. Caiet. 3 p. loc. cit.

M Vitia carnis non esse peccata, nec obesse scripsit Luth. ser. de Piscat. Pet. Solùm fidem necessariam astruit in c. 2. ad Gal.

M Caietanus opusc. de fide & operibus.

Prioris ætatis Pastores & Doctores.	VETERES HÆRETICI.	*S.Thomas Aquinas.*
N *S.Basil.contra Eunom. Ath.lib. de Syn.Arim.& Seleucia.*	N Antiquitati, & multitudini Christianorum, nihil deferebant, ex Basil.contra Eunom.	N *4.sent.d.21.q.1.a.1.quæstione.2.*
	MESSALIANI, SEV PSALLIANI.	
O *S.Ambrof Serm.98. in Natali SS.Nazarii, & Celsi.*	O Messaliani, qui etiam Euchytæ vel Enthusiastæ. Euchytæ ob orationem quam solam dicebant necessariam ad salutem, ex Prat. Enthusiastæ vero, quod dæmonis instinctum sequerentur, quem Spiritum S. existimabant ex Dam. Psalliani ab oratione indefessa, Aug.hær.57.	O *2.2.q.83.a.15.*
P *Hier.adver.Ruff.l.1.c.7.in c.3. Zachar.*	P Baptismum hominem non perficere dicebant, nec sordes expiare divina Sacramenta, sed solas preces ab illis fusas, ex Theod 4.hær.fabul.	P *3.p.q.69.a.2.*
Q *S.Greg. Nissen. orat.de S.Baptism.*	Q Per sacram ordinationem non dari Spiritum Sanctum ex Damas.de hær.	Q *in add q.34.a.3.*
R *S.Pacianus ser.de.baptismo.*	R Hominem baptizatum adhuc esse in massa peccati, Theod. sup. Sand hær.85.	R *3.p.q.69.a.1.& 2.*
S *S.Hieron.epist.30. in epita. Fabiola.*	S Legitima connubia dirimebant, & opera mechancia, ut indecora Christianis spernebant, ex Damasc.	S *In add.q.49.a.3.& q.67.a.1.*
T *Basilius epis.70.*	T Templa, & aras, & publicos conventus, & sacrificia publica abhorrebant, etsi privata admitterent, Epiph.hær.80.	T *3.p.q.83 a.1.& ar.3.*
V *Epiph.hæref.64.*	V Spiritum Sanctum sensibus percipi posse dicebant: & omnes oportere sequi communionē cælestis sponsi, quam ex viri Concubitu mulierem percipere dicebant ex Dam. sup. Hi Hæretici dicti sunt etiam Martyriani, & Satanistæ, ex Epiph. hær.80.	V *p.q.36.a.1.& 2.2.q.153.a.5.*

LVCI-

N Idem non vult sibi opponi longitudinem temporis, nec multitudinem hominum, sed solam scripturam lib. contra Regem Angliæ.

N Roffensis pro Regis Angliæ defensione adversus assertiones Lutheri.

O Messalianis correspondent Sectarii, dicti etiam Euchytæ, qui ex Lind. in dub. salutem quoque in sola oratione sitam esse asserunt. Enthusiastæ sunt alij, qui dæmonis operationem in se expectant, ex Rescio.

O F. Hieronym. Monopolit. de necessitate bonorum operum.

P Baptismum peccata non delere scribunt Luth. de cap. Babyl. c. de baptis. Calv. 4. instit. c. 14. §. 15.

P Fr. Petrus de Soto in institutionibus lect. 2. & 3. de bapt. & contra conf. VVittemb.

Q Luth. negat per Sacr. Ordinis conferri gratiam de capt. c. de ord. Cal. l. 4. inst. c. 19. §. 22.

Q Idem in instit. lect. 1. 2. 3. de ordine & in VVittemb.

R Calv. verè peccatum manere in Baptizatis, nec per baptismum extingui pronunciavit, in antitod. Conc. sess. 5. Luth. in assert. ar. 2.

R Roffensis contra art. 2.

S Matrimonium dirimi posse, ait Buc. ad c. 19. Matth. & eadem opera mechanica respuunt Euchytæ novi.

S Ruardus Tapper. in art. 18.

T Altaria contemnunt Calv. 4. instit. c. 18. §. 12. Petrus Martyr contra Gardinerum, & publicum Sacrificium, & privatas missas detestatur Luth. lib. de abrog. missa privata.

T Stephanus Durante de ritibus Ecclesiæ l. 1. c. 25 & l. 2. c. 4.

V Frontones Spiritum Sanctum dicunt, ex Florim. Raym. 2. de Orig. hæres. c. 16. num. 5. esse quandam motionem, quæ in anima à Deo inspirata præsentitur. Spirituales delicias Synusiastæ Enotici, moderni hæretici in carnales turpitudines converterunt, quibus comparari cælestia dona dicebant, & paradisi voluptates.

V Coccius tom. 1. c. 6. Cajetanus egregie in 2. 2. q. 174. a. 6. §. Ad huius evidentiam.

LVCIFERIANI.

A S.Hieron.lib.contra Lucifer.

A Luciferiani à Lucifero Episcopo Caralitano schismatico ducunt originem, ex Aug. hær. 81 inter cætera, quæ dogmatizarunt Luciferiani extitit illud. Quod apud hunc dicebant esse Ecclesiam. Veterem vero Ecclesiam factam Lupanar. An Lucifer fuerit hæreticus lege Baron.

A In expos.1. decr. opusculo 21. in opusc.6.

HYPSISTARII.

B Concil.Laod. c. 29.38.& 35. Nazianz.de fun.Patris.

B Hypsistarum hæresis est conflata ex Iudaico, & Gentilico errore, cum Iudæis à certis cibis abstinentes, cum gentilibus, ignem, & Lucernas colentes, ex Greg.Nazianz. de funere Patris.

B 2.2.q 92.a.2.

AGNOITÆ.

C Cyrill.Catech.4.de Deo.

C Agnoitæ à Theophronio Cappadoce ortum habent, ex Niceph. lib. 12.c. 30. dicebant Deum in sua scientia esse mutabilem. Vide Prat. Ver. Agnoitæ, & verbo Theophronius.

C p.p.q.14.a.15.

RHETORIANI.

D Lactantius l.4.inst.c.30.

D Rhetoriani à Rhetorio originem ducunt, ex Aug. h.62. dicebant omnes hæreticos, recte sentire, & vera docere.

D 2.2.q.11.a.1.

APOLLINARISTÆ.

E Damasus Papa in professio.fidei. Greg.Niss.de pauperibus amandis.

E Apollinaristæ ab Apollinari derivantur. Hic Christum Dominum carnem sine anima sumpsisse scribit, sed victus scripturis, mentis loco verbum extitisse dogmatizavit. Aug. hær. 55.

E 3.p.q 5 a.3.

F Nazianzen. orat. 31. & 3.de Theol.

F Aliquid verbi in Carnem conversum, quam non de Maria Virg. sed de cœlo attulisse dicebat, ex eodem.

F 3 p.q.2.a.1.

SELEVCIANI.

G Nissenus orat.catech.c.5. & 7.

G Seleuciani, Qui & Hermiani dixerunt malum esse aliquando à Deo, aliquando à materia.

G p.p.q.49.a.1.

H Chri-

A Ecclesiam defecisse sustinent Magd. b. cent. 2. c. 4. Luth. in colloq. tom. 2. c. de Patribus, Okinus in præf. dialog. Calvin. 4. instit. cap. 2. §. 1.

A Stapletonus in lib. 3. principiorum doctrin. controv. 1. c. 4.

B Habent quoque in suis gremiis Novatores, qui Diis gentium Iovi, & Baccho sacrificarunt, ut diximus supra verbo Athei, & notat Rescius in Centuriis. Habent quoque sub suis vexillis, Iudaizantes, & Sabbatharios.

B Ludov. Richeom. lib. 1. c. 4. de Idololatria, & noster F. Petrus de Trievi opusc. aduer. Iudæos.

C Deum esse mutabilem nuperus Novator Conradus Vuorstius scripsit lib. de attributis Dei pag. 2. 12.

C Martinus Becanus contra Vuorstium de attributis Dei.

D Liberæ fidei, Suistæ, Semicatholici modo hanc, modo illam Sectam probantes, omnes probant, vel omnes vere sentire profitentur cum Rhetorianis.

D Lorichius de vera & falsa libertate credendi. Io. Lensæus de unica religione.

E Ioannes Brentius dum formam accidentalem Christum assumpsisse docet, in recognit. suæ doctrinæ, anima caruisse consequenter docet, quæ forma substantialis est.

E Coccius tom. 1. lib. 2. a. 2.

F Gaspar Suvenkfeldius lib. de duplici statu Christi a. 17. & 18. docuit Christi Corpus in cælum assumptum plene esse Deum factum.

F Bellar. de Incar. l. 3. c. 10. t. 1.

G Martinus Bucerus & Augustinus Marloratus in c. 1. ad Rom. Calv. l. 1. c. 18. §. 1. Deum faciunt auctorem peccatorum.

G Franciscus Horantius in loc. lib. 3. c. 8.

Prioris ætatis Pastores & Doctores.	Veteres Hæretici.	S. Thomas Aquinas.
H Nazianz. orat. n. 51. quæ est prima ad Cledonium.	H Christum non sedere ad dexteram Patris, sed humanam naturam exuisse ascẽdendo, & in Sole reposuisse.	H 3.p.q.57.a.q.& 5.8.a.1
I Basil. exhortat. ad baptism.	I Baptismum in aqua non recipiunt.	I 3.p.q.66.a.3.
K Nissen. orat. de resurrectione.	K Resurrectionem non esse futuram, sed fieri quotidie in generatione filiorum. Hæc recenset S. Aug. hær. 59.	K 4. contra Gent. c.79.
	PRISCILLIANISTÆ.	
L Conc. Cæsaraug. Congregat. contra Priscill.	L Priscillianistæ à Priscilliano Hispano, dogmatizarunt animam esse de Dei substantia, ex Aug. hær. 70.	L p.p.q.90.a.1.
M Ambros in c. 4. Luc. et in exam. c.5.	M Diabolum non fuisse bonũ, sed ex chaos emergentem omnis mali esse substantiam.	M p.p.q 44 a.1.
N Idem in Luc. l.10. ver finem.	N Corpora humana figmentum esse diaboli.	N ibidem. q.45. ar.5.
O Idem in 1. Tim. 4.	O Nuptias abominabantur.	O in add. q.41. a.1.
P Idem in Apol. David. c.11.	P Filios promissionis esse de Spiritu Sancto conceptos.	P 1.2.q.81.a.1.
Q Idem in Luc. l.4. ibi. dicebat filios sponsi.	Q In Natali jejunabant.	Q 2.2.q.93.a.1.
R Idem in psalm. 40.	R Fatalibus stellis homines alligabant, ex Aug. supra: Hi errores incrementa susceperunt tempore Leonis Papæ I. ut patet ex eodem epist. ad Turibiũ Asturicensem, & omnes hos recenset, & confutat errores, vide Sanderum hær. 103.	R p p.q. 116.
	HELVIDIANI, ET IOVINIANISTÆ.	
S S. Hieronym. 1. contra Iovin. c. 18. & adu. Helvid.	S Helvidiani ab Helvidio, & Iovinianistæ à Ioviniano Monacho originantur, utriq; sanctam Virginitatem B. Virginis Mariæ oppugnabant, post partum dicentes, plures habuisse filios.	S 3.p.q.28.a.1 & 3.
A 1. contra Iovin. c.7.	A Matrimonium Virginitati æquabant, propter quod multæ moniales subversæ sunt, ex Aug. de hæresi.	A 2.2.q.15.2.a.4.

B Addi-

H Illyricus voluit Christum Dominum solum usque ad nubes cum forma visibili perrexisse, illamque postea evanuisse lib. de Ascens. Domini. — *H Coccius tom. 1. l. 2. a. 6.*

I Baptismum fieri posse in cervisia, & lacte determinat Luth. in colloquiis mensalibus tit. de bapt. — *I F. Dominicus Sargent. doct. Paris. opusc. de Sacr. baptis.*

K Resurrectionem negant Libertini, &c. toties sup. citati. — *K Cardinalis Hosius in expositione Symb.*

L Animam esse ex Dei substantia dixit Servetus dial. 1 & l. 4. de regeneratione; per eam, animam habere substantiam innovatam, scribit. — *L Caiet. Bannes, Valentia. in p. p. q. 90. a. 1.*

M Diabolum sua natura malum esse dixit Calv. lib. 1. c. 14. & s. 15. & 17. — *M Iidem, & reliqui 3. Thom. interpretes in q. 44.*

N Diabolum esse creatorem hominum, dixerunt Illyricus & Spangebergius, ex Vlembergio in causis, apud Resc. in atheism. art. Symb. — *N Iidem interpretes in p. p. q. 45.*

O Nuptias execrati sunt Anabaptistæ. — *O Concil. Trid. sess. 24. c. 1.*

P Calv. in antidot. sess. 6. Concil. Trid. c. 5. nasci filios fidelium sanctificatos ex utero, docet. — *P Franciscus Balearius adv. Cal. de infantium sanctificatione.*

Q In odium Romanæ Ecclesiæ jejunia præscripta non servant, & diem Dominicum potius eligunt si jejunandum est, ex Gault. 2. cent. p. 195. — *Q Alphonsus Pisanus de jejunio, & abstinentia.*

R Omnia de necessitate absoluta, & fatali evenire scripsit Luth. in assert. a. 36. — *R Iulius Syrenius de fato.*

S Helvidio, & Ioviniano correspondent Anticomariani puritatis B. Virginis infensissimi, & David Cythræus, qui in c. 1. Matth. B. Virginem ex Ioseph plures suscepisse filios, blasphemat. — *S Petrus Canisius in suo mariali.*

A Matrimonium effert super Virginitatem Calv. in Matth. c. 19. num. 11. — *A Concil. Trid. sess. 24. can. 10.*

B Ieiu-

B 2. contra Iovin. c. 10.

B Addidit Iovinianus jejunium nullius esse utilitatis.

B 2.2.q.147.a.1.

C Ibidem c. 16.

C Peccata esse paria. Similiter, & merita, & æqualia supplicia futura, & præmia.

C 1.2.q.73.a.2.& q.5.a.2.

D Idem l.3. contra Pelag.

D Hominem regeneratum impeccabilem reddi. Hæc ex Aug. hær. 84. & 56. & ex S. Hieron.

D 1.2.q.119.a.9.& 10.

DISCALCEATI.

E S. Basil. ep. 1. ad Greg. Theol.

E Discalceati, ex Aug. hær. 68. superstitiose nudis pedibus incedebant, male illud interpretantes. Solve calceamenta de pedibus tuis.

E 2.2.q.92.a.1.

QUINTI SECULI VETERES HÆRETICI.

ab anno 500. usque ad 600.

FAUSTI, FELICIS, SECUNDINI, & aliorum Manichæorum hæreses.

F S. Aug. l. 20. contra Faust. c. 11.

F Præter communes errores cum Manichæis suprarelatos, dixerunt parem esse eorum cœnam cum nostra sacra Eucharistia. Faustus præsertim apud Aug. ex libris contra eundem.

F 3.p.q.75.a.1.

G Idem c. 15. & 21. & 23.

G Christianos, Gentiles esse simulachris, & delubris Deum colentes, idolaque Paganorum nos vertisse in Martyres, nihilq; nos de Paganorum vita immutasse, ac proinde nos esse schisma gentium, ex eodem.

G 3.p.q.25.a.3 & 4.

H S. Ambros. ep. 83.

H Die Dominica jejunabant.

H 2.2.q.147.a.5.

I S. Aug. in actis cum Felice.

I Felix nedum Apostolum, sed & Spiritum Sanctum appellabat, Manichæum.

I 1.2 q.106.a.4.

K Idem lib. contra Secundinum c. 6. & 13 per multa capita.

K Secundinus addidit, ex Prateolo, Deum esse mutabilem, & malum esse quandam substantiam.

K p.p.q.9.a.1.& q.49.a.2.

VIGI-

B Ieiunia damnant.Luth.in resp. ad Amb. Cat. Calv.4. instit.c. 12.§.19.

B Fr. Paulinus Bernardinus in concordia Ecclesiastica.

C Sebastianus Francus Paradoxo 261.peccata paria existimat. Et Spangebergius serm.in Evang.Dom.3. Quadrag. propter fidem æqualiter apprehensam, ait, omnes æqualiter beantur.

C Matth.Majerhoferi disp. de tribus generibus peccatorum.

D Baptizatum etiam si velit non posse gratiam amittere, nisi non crederet,scripsit Luth.de captiv.Babyl.c.de baptismo.

D Stapletonius in insigni opere de justific.Vega de justif. Soto de natura,& gratia lib.3.c.1.

E Veteribus discalceatis correspondent Nudipedes Sectarii Anabaptistæ,ut dictum est in catalogo.

E Leon.Lessius de just,& jure l.2. c.43.de superstit.

F In Conventu Parisiens.anno 1566.ar.36. de Euch.concluserunt Cal.communem panem sine verbis consecrationis tam bene repræsentare Corpus Christi,ac alium panem in cæna benedictum.

F Claudius de Sainctes lib.de rebus Eucharis.controversis.

G Magdeburgenses templa derident cent.7.c.6. cultum idololatricum esse martyres colere, scripsit Brent. in Apolog. Confess. Wirtembe.Idololatras,& Paganos tertio quoque verbo, Novatores,nos calumniose appellant.

G Franciscus Agricola de cultu,& venerat. Divorum.Io. Garretius de invocat.SS.Richeom.de Idol. Hugonot.

H Die Dominico jejunare Calvinianos in despectum Rom.Eccles.diximus sup.

H Caiet. &c.interp.in eod.loc.

I Lutherani vocant Lutherum tertium Eliam, ipse se jactat Evangelistam.Calvinum sui vocant os Domini.

I Stanislaus Groditius, quod Sectarij non sint Evangelici.

K Secundino dat manus Conradus Worstius, Deum dicendo mutabilem.lib.de attr.pag.112.

K Becanus de attributis Dei contra Vorstium.

	VIGILANTIANI.	
L Hieron. contra Vigil. Amb. 1. de off. c. 10.	L Vigilantiani à Vigilantio, olim Ecclesiæ Barchinonen. presb. Cælibatum Clericorum impugnabat, quos nisi uxoratos ordinari volebat, ex. S. Hieron.	L 2. 2. q. 88. a. 7.
M Hiero. ibid. Aug. ep. 103.	M Reliquiarum venerationem abominabatur.	M 2. 2. q. 96. a. 4.
N Hieron. ibid.	N Cereorum accensionem in memoriis Martyrum.	N Quodlib. 3. a. 31.
O Hieron. ibid. Aug. de cura pro mortuis c. 16.	O Eorundem Martyrum animas non posse esse præsentes in suis tumulis, nec alibi, dicebat.	O 4. d. 45. q. 1. a. 1. quæsti. 3.
P Aug. de civ. 22. c. 8.	P Eorundem miracula non prodesse.	P 2. 2. q. 178. a. 1. & 2.
Q Hieron. ibid Aug. de civ. 2. c. 27.	Q Nullius sancti orationem exaudiri.	Q 2. 2. q. 83. a. 1.
R Hieron. ibid Aug. de perfect. just. resp. 17.	R Prohibebat Hierosolymam mitti eleemosynas in usum sanctorum.	R 2. 2. q. 33. a. 11.
S Hieron. ibidem.	S Melius facere, qui utuntur divitiis eas impartiendo pauperibus, quam venditis omnibus semel omnia elargiri.	S Opusc. 19. c. 6.
T Hieron. ibidem.	T Deterrebat monachos à suo studio, dicens: si omnes se clauderent, deesse qui celebrarent Ecclesias, qui seculares lucrifacerent: Hos errores recenset S. Hieronym.	T Opusc. 18. c. 12.
	PELAGIANI, ET SEMI-Pelagiani.	
V Innocent. Papa ep. 93. inter ep. Aug. Zozim. Papa. apud Aug. 1. contra Pelag. & Celest. c. 7.	V Pelagiani à Pelagio monacho Britanno, qui & Cælestiũ habuit discipulum, orti sunt. Peccatum originale non propagatione, sed imitatione transfundi docuerunt, ex Aug. de pecc. mer. c. 11.	V 1. 2. q. 81. per totum.
X Conc. Milev. c. 2. Aug. 2. de pecc. mer. l. 3. c. 5. 6. contra Iul. c. 4.	X Parvulos non contrahere orig. pecc. ex Aug. h. 88. & baptismum illis non dari in remissionem peccatorum, sed ut habeant vitam æternam extra regnũ cælorum. ibidem. Y Sine	X 4. contra. Gent. c. 50.

L Nova monstra experta est Gallia in Vigilantio scripsit Hieron. & iterum experta est in Calvino cælibatus oppugnatore, ut patet 4. instit. c. 12. §. 23.

L Lindanus de Apostolico Virginitatis voto, & Sacerdotum cælibatu.

M Sanctorum reliquiarum cultum idololatricum, & superstitiosum vocat Cal. admonit. de reliquiis.

M Sebastianus Heyssius de invocat. SS. cultu. &c.

N Beza accensos cereos ep. 8. histrionicas ineptias vocat. Calv. vero nugas, in refor. Ecclesiæ.

N Stephanus Durante de ritibus Eccles. l. 1. c. 8.

O Luth. tales SS. apparitiones vocat negotia satanæ de abrog. missæ priv. Fabulas vero Zuvin. ad Valent. Comparen. Bulling. dec. 4. ser. 10.

O Petrus Tyreus de apparitionibus Spirituum.

P Miracula Sanctorum passim explodunt Calvinistæ.

P Carolus Scriban. cont. 4. de miracul.

Q Sanctorum intercessiones negat Calv. in c. 1. ad Tim. 1. Cor. 13. & ut deliria habet; sic, & Clypeus fidei Geneu. dial. 8. fol. 145. & 146.

Q Thomas Baulxamis in assert. de cultu, & interc. SS.

R Wittembergenses in conf. sinistre sentiunt de eleemosynis, & Cent. cent. 6 c. 4. col. 282.

R Iulius Fulcus tract. de elemosynis.

S Luth. de votis monasticis, dixit, Religiosos prætextu paupertatis liberos fieri à juvanda aliorum paupertate, & cæt. operibus misericordiæ.

S Bellar. l. 2. de monachis. c. 20.

T Magdeburg. centur. 10. c. 4. Monachos, & Eremitas vocant monstra, inimicos societatis humanæ.

T Idem ibidem. c. 2. & 5.

V Pelagianis subscribunt Zuving. de baptis. tra. 3. de provid. Dei c. 6. Anabapt. ex Caspare Vlemberg. cau. 9. Franciscus Pucius Fidelin. de salv. eff. negantes originale pecc. in homines transfundi.

V Theod. Peltanus de pecc. orig. Soto de natura & gratia. l. 1. c. 7.

X Parvulos ex fidelibus natos sine pecc. orig. scribit Calv. 4. inst. c. 6. §. 24. & in append. de vera Eccl. Beza in Chreophag. f. 307. & in conf. c. 48. Et baptismum illis non dari ad remiss. originalis. in antid.

X Petrus Liorca, Medina, Reverendiss. Alvarez. in p. 2. q. 81. a. 3.

Prioris ætatis Pastores & Doctores.	VETERES HÆRETICI.	*S. Thomas Aquinas.*
Y Concil. Mileu. c. 4. & 5.	Y Sine gratia hominem posse implere divinam legẽ, eamq; dari tantum ad facilius operandum. Aug. hær. 88.	*Y p. 2. q. 109. a. 4.*
A Aug. de liber. arb. c. 9. de Spiritu & litera c. 30.	A Destrui liberũ arbitrium ex assertione gratiæ, aut fatũ introduci, quoniam ajebant in potestate nostra est facere aliquid, vel non facere, ex gestis Concil. Palæsti. & 2. contra duas epist. Pelag. c. 5.	*A 3. contra Gent. c. 155. versus finem.*
B Conc. Mileu. c. 6. 7. 8. Aug. de nat. & gr. c. 36.	B Iustorum vitam esse à peccatis immunem, ex Aug. hær. 88.	*B 1. 2. q. 109. a. 8.*
Conc. Mileu. ibid. Aug. de sp. & lit. c. 27.	C Peccantem in minimis à justitia excidere, ex Hieron. contra Pelag.	*C 1. 2. q. 98. a. 1.*
D Aug. de correp. & gratia c. 13.	D Securitatem justitiæ sibi vindicantes, regnum cælorum sibi promittebant, ex Hieron. contra Pelag.	*D De verit. q. 6 a. 5.*
E Epist. 107. ad Vitalem.	E Orationes Ecclesiæ inutiles reputabant ad impetrandam Conversionem peccatoribus, &c.	*E 2. 2 q. 83. a. 17.*
F Epist. 199. & ep. 34.	F Vestium ornatum, & divitias, ut Deo contraria, damnabant.	*F 2. 2. q. 169. a. 1.*
G Ep. 74. & de genes. 27.	G Scientiam legis fœminas habere dicebant.	*G 2. 2. q. 177. a. 2.*
H S. Aug. de prædest. Sanct. cap. 2. Prosper. contra Collat. c. 12. Coll. 13.	H Semipelagiani verò, inter quos recensentur Faustus Episcopus Rhegiensis, Cassianus & alii Presb. Galliarum, qui vivo, & mortuo detrahebant S. Augustino, gratiam fatentes, ponebant in nobis initia, & semina & conatus, per quæ nobis inchoantibus daretur gratia, ex S. Prosp. contra Collatorem.	*H 3. contra Gent. a. 149.*
I Aug. 2. contra ep. Pelag. c. 9. de bono persev. c. 18.	I Primam quoque gratiam dari adultis intuitu præcedentium operum, quibus initiis ponebant hominem ad vitam prædestinari.	*I p. p. q. 23. a. 5.*

K Non

Y Pfeffingerus Pastor Lypsien. apud Lind. in dub. scripsit naturæ viribus posse aliquem se applicare ad gratiam, verbo assentiri, &c. — *Y Trid. sess. 6. can.* 1. & 3.

A Ex confessione gratiæ liberum arbitrium destrui, scribit Calv. lib 2. inst. c. 2. §. 1. & c. 2. §. 3. 7. 10. non posse gratiæ dissentire scribit. — *A Franciscus Horantius in loc. l. 2. c.* 12.

B Semel habitam sanctitatem, amitti non posse dicit Cal. lib. 3. inst. c. 2. §. 11. ijdem asserunt Impeccabiles, secta Anabapt. — *B Concil. Trid. sess. 6. c.* 13.

C Sanctuli, qui & Cathari Anabaptistæ, dogmatizant eis non competere dicere, Dimitte nobis debita nostra. — *C Concil. Trid. sess. 6. c.* 11.

D Calvinus in antidot. Concil. Trid. sess. 6. c. 10. 13. & 15. Omnes fideles dicit debere esse certos de sua salute & 3. inst. c. 2. §. 12. — *D Idem ibidem c.* 12.

E Omnes orationes Ecclesiæ exufflat Luth. in postill. majori dom. V. post pascha. — *E Idem ibidem. c.* 10.

F Nudipedes calceos abhorrent, nummos non contrectant, sup. in Cat. — *F Caiet.* 2. 2. *q.* 168. *a.* 1.

G Fœminis docendi officium committunt Novatores, vide Resc. in Ath. de Sacram. ord. ubi multa exempla recenset. — *G Franciscus Turrianus de Ecclesia, & ministrorum ord.*

H Semipelagianis correspondent Melanchthonici, dicentes posse hominem ad gratiam suis viribus se disponere, ac præparare, sic Melanchthon. in loc. Comunib. c. de lib. arbit. — *H Soto de natura, & gratia l. cit. Medina.* 1. 2. *loc. sup. cit.*

I Zuvinglius, apud Staph. in Theol. Trim. Luth. dicebat Ethnicos ad vitam æternam acceptos fuisse propter egregias eorum virtutes naturales. — *I Alvarez de Aux. disp.* 37.

Prioris ætatis Pastores & Doctores	Veteres Hæretici	S. Thomas Aquinas
K Aug. de bono perſ. c. 14.	K Non eſſe definitum numerum prædeſtinatorum, & reprobatorum, ex Sandero.	K p. p. q. 23. a. 7.
L Aug. 4. contra Iul. c. 8. Proſp. 2. de voc. gen. c. 19.	L Omnes etiam voluntate conſequenti, & beneplaciti, Deum velle ſalvos fieri.	L p. p. q. 19. a. 6.
M De bono perſeu. c. 14.	M Prædeſtinationis doctrinam, ſecundum mentem S. Aug. explicatam, plus deſperationis, quam utilitatis afferre.	M p. p. q. 22. a. 4.

ABELOITÆ.

N Concil. Carth. 2. Provinciale c. 2.	N Abeloitæ erant, qui ſuos ſine uxoribus vivere nolebant, cum ijſdem tamen non miſcebantur Continentiæ ſpecie, cum quibus habitabant, ijſdemque defunctis alias ſubrogabant, Aug. hær 87. quibus aſſimilis eſt Agapetarum ſecta, qui dicebant neceſſarium eſſe omnibus in conjugio vivere.	N In addit. q. 41. a. 2.

NESTORIANI.

O Concil. Epheſ. can. 1. Cyrill. ep. 1. ad Neſt.	O Neſtoriani à Neſtorio Conſtantinopolit. Patriarcha oriuntur. Noluit confiteri B. Virginem eſſe Deiparam, ſed tantum Chriſtiferam. Theod. lib. 4. hær. fabul.	O 3. p. q. 35. a. 4.
P Idem conc. in expl. fidei. c. 1. 6. 13.	P Duas perſonas ſtatuit in Chriſto, unam Dei, alteram filij hominis, ex Damaſc.	P 3. p. q. 2. a. 1. & q. 4. a. 2.
Q Idem. can. 5.	Q Chriſtum ex Virgine natum non eſſe Deum, ſed Deiferum, ex Socrat. ſup. & Lirinenſi contra proph. voc. nou.	Q 4. contra Gent. c. 34.
R Cyrill. Alex. ep. ad Neſtorium.	R Veterum Scripta ſpernebat, ſe ipſu omnibus antecellere putans, ex Soc. l. 7. c. 32.	R In diſp. de proceſſio. diu. q. 10. a. 4. ad 14.

ACE-

K Cal. Prædestinatorum & reproborum numerum, etsi fateatur, impie docet esse impios prædestinatos ad malum, & ad interitum, non secus electos.

K Franciscus Horant. de loc. lib. 3. c. 8. & 9.

L Non omnes homines Deum velle saluos, & loquitur etiam voluntate antecedenti, dixit Calv. 3. instit. c. 22. §. 10.

L Aluarez de Aux. dis. 33.

M In aliud extremum impingit Calv. apud Horantium, dicens, passim sine delectu omnibus prædicandum, arcanum prædestinationis, cum tamen à tractatione huius Mysterii non omnes arceantur à Patribus, sed indocti, & rudes.

M Francis. Horant. sup. l. 3. c. 5.

N Matrimonii necessitatem extulerunt Cacangelici pro omnibus, & singulis hominibus, ut passim apostatæ, & execullati uxores acceperint; adeo autem quidam Ministelli salaces erant, ut publicas meretriculas etiam sibi copularint, & edicto Elizabeth Angliæ Reginæ, fuerint depressi.

N Martinus Cromerus de Coniugio & Calibatu Sacerdotum.

O Nestoriani novi, ait Lind. in dubitantio, nostro sæculo errorem Nestorii renovant. Antimariani, ex Hosio, & Zuuinglius. Non substinent audire B. Virginem esse Dei Matrem.

O Medina, Suarez, Cabrera, in comment. eiusdem art. Canisius in Marial.

P Duas personas statuit in Christo Calv. lib. 1. instit. c. 13. §. 23. & 24.

P Fr. Vincentius Asturic. in relect. de gratia Christi.

Q Valentinus Gentilis, dixit Christum non esse Deum, sed Deificatum, ex Boverio exam. 2. in art. 2. Symb.

Q Idem Boverius loc. cit.

R Luth. in proœm. assertionum, lib. adu. Regem Angliæ, & in colloquiis mensalibus Patres contemnit.

R Canus de locis lib. 7.

S Ace-

ACEPHALI.

S Sixtus Papa. 3. ep. ad Iohan. Antioch. quæ incipit. Si Ecclesiastici corporis.

S Acephali dicti sunt, qui neque Ioanni Antiocheno, nec S. Cyrillo adhærere voluerunt, sine capite incedentes: vel quia Petrū Mogū Alex. Episcopum deseruerunt, qui nolebat Chalcedonensem Conventum damnare, cuius fuerunt jurati hostes.

S Th. ibid. & de regim. Principum. l.3.c.17.

EVTYCHIANI.

T Concil. chalced. act. 5. Leo ad Flau. Theod. dial. 2.

T Eutychiani orti ab Eutychete Constantinop. Abbate. Dixit ante incarnationem fuisse impermixtas duas Christi naturas, postea unam naturam factam. Flau. ep. ad Leon.

T 3. p. q. 2. a. 1.

V Leo ser. 1. de Nativit. & 7. de Epiph.

V Christi Corpus non à Virgine susceptum, sed de cœlo in uterum Virginis descendisse. Theod. 4. lib. Damas. de hære.

V ibid. q. 31. a. 5.

X Theodor. dial. 3.

X Divinitatem Christi Cruci affixam, sepultam, eamque resurrexisse, ex eodem.

X 3. p. q. 46. a. 12.

A S. Prosper contra Collat.

A Gesta Chalcedonen. & Ephes. Synod. deridebat, ex Flau.

A q. 10. de pot. a. 4. ad. 14.

B Isidorus Pelusiota 3. p. ep. 177. & S. Fulgent. lib. 3. ab. Monimum.

B Corpus nostrum in resurrectione futurum impalpabile, & invisibile. Hi in plures sectas divisi sunt. ex Nic. lib. 18. c. 45.

B in add. q. 82. a. 1.

THEODORIANI.

C Quinta Synod. collat. 4.

C Theodoriani à Theodoro Mopsuesteno. Prophetias de Christo reijciebat, ex Feu-ard. app. ad Castr. Verbo Christus n. 2. & in psalmis non fieri de eodem Christo mentionem.

C prologo in psal.

D Proclus epist. ad Armenos de fide.

D Unam personam, præter Trinitatem crucifixam esse, & sic quaternitatem introduxit. Multos alios Theodori errores damnavit S. Synodus Constantinopolitana.

D 3 p. q. 46. a. 12.

PACI-

S Acephalis correspondent Neutrales, & semicatholici, qui utrisque placere student Catholicis, & hæreticis. Vide Lind. in Dubitant. Resciumin Cent. & nostrum Catalogum supra.

S Lorichius lib. loc. cit. sup.

T Permixtionem utriusque naturæ divinæ, & humanæ in Christo, docuit Suvenkfeld. dicens. Nunc jux. naturam suam humanam Dei filium Deificatum, incorporatum, & jux. Corpus Deum perfectum, imo perfectum Deum factum esse.

T Coccius t. 1. l. 2. sup. cit.

V Mennon asseruit Christi Corpus de Patris substantia delatum in uterum Virginis, ex Rescio in Atheis. Symb.

V Cathech. Rom. in a. 3. symb. Hosius de symb.

X Passam esse divinam naturam docent, Luth. lib. de Conc. p. 2. Musculus apud Staphyl. Gerlachius lib. contra Busæum pag. 24. & 126.

X Idem in ar. 4. Hosius ibid.

A Conciliorum auctoritatem proscindunt passim Novatores, præsertim Luth. lib. de concil. Illyr. lib. de norma, & praxi concil. Trid.

A P. Soto contra Proleg. Brentij, Cano de locis lib. 4.

B Impalpabilem, invisibilem, spiritualem faciunt resurrectionem Libertini, relati in erroribus contra secundum art. Symbol.

B Hosius de symb. & Ioan. Hessels in Sym. Apostolorum.

C Sectarii dicti Cælestes prophetæ, adversus quos etiam scripsit Luth. omnes propheticas, & quascunque alias scripturas reijciunt, fidem revelationibus, & somnijs suis adhiberi volentes.

C Sixtus Senensis lib. 7. & 8. Biblioth.

D Quadrideitæ, ex Iordane Theologo Parisiensi, apud Rescium in Centuriis, quartam quandam essentiam, inducunt, in qua tres personæ subsistant, & à qua ajunt dependeant, crucifixam verò Deitatem dogmatizarunt Luth. & Muscul. Sup.

D Gilbertus Genebrardus de SS. Trinit. Gretzerus de Trisagio contra Vegelium Lutheran.

PACIFICATORES.

E Felix Papa Romanus aliis Patriarchis communicantibus cum Zenone, talem conciliationem damnavit, Theodor. lect. 2. lib. collectaneorum.

E Sic dicti, qui concordiam attentarunt inter Catholicos & Eutychianos. Horum dux fuit Zeno Imperator, qui edictum pacificatorium promulgari fecit. Hinc in Ecclesiis multis quicquid placebat præsidentibus agebatur, & Anastasius Imp. pacē Zenonis sequens effecit, ut Conc. Chalc. nec reciperetur, nec reiiceretur. ex Evag. l. 3. c. 14.

E 2. 2. q. 5. a. 3.

THEOPASCHITÆ, ET *Xenaias.*

F Felix Papa Petrum Cnaphæum damnat.

F A Petro Cnaphæo originem dicunt; in Trisagio voluerunt addi particulam, qui crucifixus est pro nobis Deitatem passibilem dogmatizando, ex Nic. l. 15. c. 28.

F 3. p. q. 46. a. 12.

G Martyrius quidam ad Nectarium apud Sozom. l. 7. c. 10.

G Xenaiam persam non baptizatum, conditione servum Episcopum creavit, dicens consecrationem ei sufficere pro baptismate ex eodem Nic. l. 16. c. 27.

G 3. q. 66. a. 1. ad 3.

H Theodor. in hist. de Simone Stylita.

H Xenaias iste primus omnium illud eructavit, Christi, & Sanctorum imagines non esse venerandas, ex Nic. ibid.

H 3. p. q. 25. a. 5. & 4.

PRÆDESTINATI.

I Lucidus in ep. ad Patres in quodã concilio congregatos apud Bar. anno 490.

I Dogmatizabant nec viventibus prodesse opera si prædestinati non essent ad vitam, nec mala obesse si prædestinati essent. Sigib. in chro. an. 415. Bar. 490. n. 17.

I p. p. q. 23. a. 8.

ANGELITÆ.

K Basilius Seleucius orat. de verbi Incarnatione.

K Sic dicti à quodam loco, qui Angelius dicebatur, ubi Conventus agebant. Nic. l. 18. c. 49. Hi divinas Personas confundebant.

K p. p. q. 27. a. 1.

SEXTI

E Pacificatores quoque ex Lind. in dub. nostro quoque seculo extiterunt, Mediatorum, seu Pacificatorum nomen sibi assumẽtes, ut componerẽt Romani Imperii in religione dissidia, eo remedio, ut per conniventiã, & condescensionem, utrinq; aliquid de ritibus, vel dogmatibus cederetur, & fieret concordia, quæ majores peperit discordias. Vide Rescium in centur. Verbo Pacificatores.

E Albertus Pighius in Hierarch. Eccles. & tract. componendorum dissidiorum, & sarciendæ in religione concordiæ ratione.

F Musculus apud Staphyl. de concord. discip. Lutheri passam Deitatem scribit. Wegelius Lutheranus, passionem Christi usque ad divinam naturam extendit.

F Iacobus Gretzerus tractatu de Trisagio.

G Laicocephali in Anglia absque consecrationis ritu laicos in Episcopos præficiunt, & Marcus Antonius de Dominis 2. de Republ. c. 4. n. 27. parum ab errore hoc distat, dum laico immediate in Episcopum ordinato, per talem ordinationem dat totam Presbyteri potestatem.

G Staplet. in relect. princip. cont. 2. q. 4. a. 3. p. 231. & seq.

H Primus in Germania, qui imagines sacras oppugnavit, fuit Andreas Carolstadius, easq; de templis abstulit. Cochlæus de actis & vita Lutheri.

H Nicolaus Sand. de Sacrarum imaginum adoratione.

I In colloquio Parisiensi Oulbras, & Espina Calv. an. 1566. articulos de baptismo composuerunt, in trigesimo autem sic dicitur: Reprobati quicquid tandem faciant, non erunt amplius in gratia Dei.

I Concil. Trid. sess. 6. can. 17.

K Michael Servetus, & Matthæus Gribaldus distinctionem personarum negant. Vide Catal. sup.

K Franciscus Iordanus ad Lambertum Danæum Sabellianismo doctrinam de S. Trinitate inficientem.

SEXTI SECULI VETERES HÆRETICI.

ab Anno 500. usque ad 600.

SEVERIANI.

L Severiani à Severo Iurisperito, postea monacho, deinde à monasterio pulso ortum habent, ex Evag. lib. 3. c. 33. Hic Acephal. hæresim sectatus est. Sanctas Dei Domos diversoria impietatis appellans, baptismum exufflans, ex lib. oblat. ad Synod. Constantinop.

L Synod. Constantinop. 5. contra Severum, Petrum, & Anthimum congregatur, ibidemque damnati sunt.

L 2.2 q. 84. a. 3. & 3. p. q. 66. per tot.

M Damnavit in Specie Concil. Chalced. ex Euag. nec non & Constantinop. ex Liberato in Breviario. c. 19.

M Idem. Concil c. 5.

M disp. de potent. q. 10. a. 4. ad. 14.

N Corpus Christi Domini corruptibile esse dogmatizavit. Vide Bar. anno 519. num. 17. & 535. num. 72.

N Gregor. 4. dial. c. 58.

N 3. p. q. 54. a. 3.

GAIANITÆ.

O Hi etiam dicti sunt Aptardocitæ, ex Dam. sectatores Gajani. Alex. & Iuliani. Halicarnass. Dixerunt Christi Corpus ab ipsa conceptione impassibile, expers famis, sitis &c.

O Greg. 2. moral. 17.

O 3. p. q. 14. per tot.

P Eundem Christum legibus naturæ paruisse negant ex Damasc. ibidem.

P Greg. ibid. c. 24.

P 3. p. q. 7. per tot.

APAMEANI.

Q A Petro Apamensis Ecclesiæ invasore derivantur, qui decreta, & Canones Rom. Ecclesiæ profligarunt, Episcoporum nomina, ex Albo Ecclesiæ expunxerunt, imagines eorum delendo, hæreticorum substituendo, monasteria invadendo, monachos occidendo, &c. apud Baron. 518. n. 46.

Q Concil. Constantinop. quintum generale. act. 1.

Q 2.2. q. 1. a. 10. & q. 99. a. 3.

L Sexti sæculi hæreticis correspondent Lutherani Magdeburg. Templorum consecrationem exufflantes cent. 4. c. 6. coll. 407. baptismum exufflant Stembergenses supra.

L Bellar. de cultu Sanct. l. 3. c. 4.

M Conciliorum auctoritati detrahit similiter Lutherus lib. de capt. & assert. a. 29. in specie damnat Constantiense.

M Canus de locis l. 4.

N Christi Domini Corpus esse corruptibile in Eucharistia, dixerunt Sacramentarii in disp. Gall. 1566. art. 5.

N Caietanus. Suarez. Vasquez. 3. p. q. 77. a. 7.

O Libertini in phantasmate Christum apparuisse dogmatizant. Vide in error. contra Symb.

O Medina 3. p. q. 5. a. 1.

P Contra Christi sanctitatem obloquitur Luth. t. 4. Ienæ impress. 1588. & contra præcepta legis naturæ peccasse, vocando eum homicidam, furem ô Christi Domini miram patientiam.

P F. Vincent. Asturic in rel. de gratia Christi.

Q Hæc omnia præstitisse scimus Novatores ut sæpius dictum est, Sacros Canones repudiare, Sanctos è kalendario expungere. Sacras imagines evertere, suas obtrudere in templis. Cœnobia expilare, monachos trucidare, templa impudicitiis prophanare, Abbatias vendere. de quibus Resc. in Phalar. ad quem lector. remitto.

Q Richeom. in idololat. Hug. c. 28. & 29.

ALII AGNOITÆ, QUI ET Themistiani.

A Eulogius Patriarcha Alex. contra Agnoitas laudatur à S. Gregor. lib. 8. indict. 3. ep. 42.

A Christum unam naturam habuisse, nescisse diem judicij, timidum & ignavum extitisse ex Damas. de hær.

A 3. p. q. 2. a. 7. & 9. & q. 11. a. 1, & q. 7. a. 5. & 6.

TRIDEITÆ.

Horum parens fuit Ioannes Grãmaticus cognomento Philoponus. ex Leon. de sect. act. 5.

B Leontius ex Nicep. l. 18. c. 48.

B Duas personas in Christo esse asserebant, si duæ prædicantur naturæ, ex Baron. anno 535. n. 75.

B 3. p. q. 17. a. 1.

C Idem Leontius.

C Tres quoque Deos prædicabant, ex Suida.

C p. p. q. 11. ar. 3.

D Idem Leontius.

D Commentarium contra resurrectionem, ex Photio, & librum contra 4. Synod Oecum. scripsit, ex Baro. sup. n 78.

D 4. contra Gent. c. 79.

SCHEMATICI.

E Concil. Constant. 5. c. 5. 6. & c. 14.

E Vocati etiam sunt Monophytæ, & Aegyptij, ex Dam. de hær. Dioscorum defendebant contra Synodum Chalced. eid. m sexcenta crimina impingentes, ex eodem, iisdemque canonibus multa falsa, & erronea addiderunt, ex eodem. Omnesque sanctos Patres reiiciebant, ex Nic. lib. 18. cap. 52.

E de regim. Princ. l. 3. c. 17.

F Idem Concil. c. 4.

F Unam naturam compositam ex divinitate, & humanitate statuerunt, ex Sandero hær. 110. Vide Bar. an. 535. n. 79.

F Quodlibet. 9. q. 2. a. 2. & 3.

IACOBITÆ.

Non à Iacobo Apost. ut mentiuntur Centuriatores, sed à Iacobo Syro Armenorum sectę duce, oriuntur. ex Niceph. lib. 18. c. 53. quæ secta omniũ precedentium sen ina dicta est, sentiens cum Ario, Apoll. Eutych.

G Fron-

A Brentius in collat. statuum Christi, unam naturam in Christo Domino confitetur. Calvinus scripsit in c. 24. Matth. ver. 3. Diem judicii eundem ignorasse, & in c. 12. Ioannis ver. 27. Ipsum etiam refugiendo mortem mollitiem animi fassum esse.

A Coccius tom. 1 l. 2. a. 2. Feuardentius in Theom. l. 5. c. 2.

B Calvinus expresse duas personas fassus est in Christo, 1. instit. c. 13. §. 23. 24. Idem etiam in Montepelgard. colloquio.

B Coccius loc. cit.

C Trideitæ, duce Georgio Paulo, tres Deos æternos statuunt. in Catal.

C Genebrard. adu. Trinitarios.

D Resurrectionem negarunt Fratres amoris, Richeriani, & alii, in Catalogo.

D Catech. Rom. ar. 11.

E Contra S. Concil. Trid. simiæ Monophysitarum scripserunt, Kemnit. examen, Calv. antidot. contra Concil. elaborantibus, & Tilmannus Heshusius librum edere non est veritus de sexcentum erroribus Pontificiorum. Patres contemnunt, Luther. in prologo assert. in serm. conviva l. tit. de Pam. Calv. 2. instit. c. 2. §. 4. l. 3. c. 3. §. 10. Centuriatores passim, & Purit. in Catal.

E Didacus Payva pro defens. Trid. Synod. scribit advers. Kemnitium. Iodocus Tilebanus pro Concil. Vitus Miletus.

F Duarum naturarum confusionem introducit Brentius lib. de omnipotentia, & majestate Christi.

F F. Vincent. Asturicensis de gratia habituali Christi. Coccius supra. cit.

Omnium hæreticorum præcedentium sentina, hæresis est Novatorum, sentiēdo cum Ario, Apollinari, Eutychete. Vide edictum Caroli V. adversus Luth.

G Fronto-

G Anastasius Sinaita l. 3. Hexam.

G Frontes baptizatorum ferrot candeni inurebant, illud assumentes. Ipse vos baptizabit in Sp ritu sancto, & igne, ex nostro Fr. Bernardo de Luthembur. in cat. hæret.

G 3. p. q. 66. a. 3.

H Concil. Matisc. 2. c. 6.

H Eucharistiam sub utraque specie etiam parvulis necessariam dicebant, ex Prat.

H 3. p. q. 80. a. 9.

I Concil. Agat. c. 14. Aurel. 1. c. 1.

I Non per interualla, sed ad 15. diem Ianuarii celebrabant Annuntiationem, Nativitatem, & Baptismum Christi, ex Niceph.

I 2. 2. q. 122. a. 4. & q. 102. a. 4. ad. 10.

BARSANIANI.

K Cassiodorus in Psalm. 109.

K Proprium erat hujus sectæ in sacrificio similam farinæ extremo digito apponere, nec erat aliud donarium, vel oblatio, sed hoc erat eorum sacrificium, ex Dam. de hæres.

K 3. p. q. 74. a. 1. 2. & 3.

CHRYSTOLITÆ.

L S. Greg. hom. 8. in Euch. & q. 20. in Evang.

L Chrystolitæ, ex Dam. dogmatizarunt Christum excitatum à mortuis, anima cum corpore ibi relictis, cum sola divinitate cælos petivisse.

L ibid. q. 57. a. 1. & 2.

CONTOBALDITÆ.

M Anthiocus hom. 121. de dignitate, & functione Pontificis.

M Contobalditæ, ex Nic. lib. 8. c. 49. secta sunt Theodosiani, à loco ubi orta est hæresis denominata est. Proprium eiusdem hæresis est Episcopos non habere.

M in add q. 40. a. 4.

SEPTIMI SECULI VETERES HÆRETICI.

ab anno 600. usque 700.

MONOTHELITÆ.

